 le dehors et que dans peu elle sera Entierement Rasé[,] on atend ycy demain mons^r de
 Crenan gouverneur de la place quy est malade depuis 8 ou 10 Jours[,] S. A. R. l'envoie 10
 ycy par une barque sur le Po pour le faire guerir[,] Je n'ay pas le Tans de vous mander
 autre particularité à cause que l'estafete qu'on Envoie apres le courier quy partit hier au
 soir d'icy va partir, nous partons demain pour nous Rendre à notre camp de Buriasco.
 Je suis

monsieur votre Tres humble et Tres obeïssant serviteur Bouquet. 15

A Monsieur Monsieur de Leipnits conssellier de la cour de S. A. E. d'Hanover A
 Hanover

145. LEIBNIZ AN AUGUSTINUS VAGETIUS

Hannover, 4. (14.) Juli 1695. [143. 147.]

Überlieferung: *L* Abfertigung: DARMSTADT *Hess. Landes- u. Hochschulbibl.* Hs 206 Bl. 19 20
 bis 20. 1 Bog. 8°. 2 S.

Vir Clarissime Amice Honoratissime

Vix novissimas Meas Tabellario publico commiseram, cum Tuæ advenere cum Am-
 plissimi Franci de Frankenau literis, quibus de Telonii Luneburgico in Albi remissione

4 madame la duchesse: Anna Maria von Orléans. 5 prince Ugene: Prinz Eugen von Sa-
 voyen-Carignan. 7 courier: nicht ermittelt. 9f. mons^r de Crenan: Pierre de Perrien, marquis
 de Crenan.

Zu N. 145: Die Abfertigung antwortet auf N. 139, folgt N. 143 und wird durch N. 153 beantwortet.
 24 literis: N. 140.

impetranda scripsisse se ad Dⁿ. Ebelium Cellensem Archiatrum ait, et majoris certitudinis causa cum forte possit abesse Dⁿ. Ebelius, mea quoque opera uti voluisse. Itaque statim ad amicum Cellensem dedi literas ejus rei causa, qui respondit eam esse confectam, et Dⁿ. Ebelium jam misisse mandatum ducale ad Snakenburgensem praefectum.
 5 Transmissa mihi mandati copia est, cum sensu: *Es solten die Mobilien und Sachen des Königl. Danischen LeibMedici Georg Franck von Frankenau nach anmeldung und Vorzeigung einer beglaubten specification Zoll und andern Ungeldes frey und unaufgehalten passiren lassen. Dabam Zell 21 Jun. 1695.*

10 Quanquam autem putem Dⁿ. de Frankenau jam discessisse, literasque ad ipsum per Dⁿ. Residentem Danicum sim directurus; hoc tamen Tibi significare volui, ut si forte nondum discessent vel aliquem suorum reliquint, Huic res indicari possit.

Quod Tuum negotium attinet ad priora me refer[o], nec dubito Temperamentum conveniens obtineri posse ut tempus tuum per aliena non intercipiatur. Vale

ad officia paratissimus

G. G. L

15 Dabam Hanoverae 4 Jul. 1695

146. LEIBNIZ AN JOHANN BERNOULLI

Hannover, 5. (15.) Juli 1695. [137. 150.]

Überlieferung:

20 *L* Abfertigung: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 19 Bl. 17–18. 1 Bog. 8°. 3 S. (Unsere Druckvorlage).

A Abschrift von *l*: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 20 S. 40–41. 4°. 1 S. besorgt von Joh. Jak. Burckhardt.

E Erstdruck nach einer unbekanntem Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 72 bis 73. — Danach: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 197 (teilw.).

4 ad (1) portorii receptorem (2) Snakenburgensem praefectum *L*

1 scripsisse: nicht ermittelt. 2 Ebelius: H. Ch. Ebell. Dieser hielt sich zur fraglichen Zeit in Pymont auf; vgl. Ch. Schraders Brief an Leibniz vom 13. Juli 1695 (I, 11 N. 52). 3 literas: Leibniz' Brief an Schrader wurde nicht gefunden. 3 respondit: mit dem genannten Brief vom 13. Juli 1695.
 5 copia: LBr. 283 Bl. 3 war Beilage zu Schraders Schreiben vom 13. Juli 1695. 9 literasque: N. 148.
 10 Residentem: O. Mencken. 12 negotium: Vaquetius' Berufung ans Göttinger Pädagogium.

Zu N. 146: Die Abfertigung folgt N. 137 und wird zusammen mit diesem Brief beantwortet durch N. 150.

Vir Celeberrime Amice Honoratissime

Cum amicus nuper ex Batavis veniens mihi inter alia narraverit, se Groninga trans-
euntem intellexisse una die tres professores vocatos atque inter illos Te, cujus nomen
enuntiabat; ego Tibi ex animo gratulor; nec dubito, quin, ita ferente ipsa itineris tui
ratione videndi Tui copiam nobis sis facturus; cujus tamen rei tempus praenosse velim, 5
quia saepe aliorum mihi est excurrendum, ne casu aliquo spe gratissima excidam.

Nunc illud rogo, ut ante discessum a Domino fratre Tuo, celeberrimo viro, multa
salute a me nuntiata succedaneam Tuae curam mihi impetres; circa ea quae rogavi; sive
a Domino praeside Boisotio aliqua adveniant, sive ex Einsidelensi coenobio obtinere liceat
Vitodurani quae mihi desunt; sive quid aliud occurrat, in quo favore ejus sit opus; quem 10
vicissim officiis demereri velim, si qua occasio offeratur.

Johannis Vitodurani Chronicon habeo ab initio usque ad haec verba: „Innocentio V.
successit Johannes XXI. natione Hispanus, qui sedit pauco tempore, Nam cum Camera,
quam ipse pro se in Viterbio c i r c u s palatium construxerat s o l u s corruit, et intra
ligna et lapides collisus die VI post casum Sacramentis omnibus perceptis expiravit. Sedit 15
autem Anno 1277.“

Hic finit Chronicon meum. Secundum Vossium autem (in libro *de Historicis latinis*)
continuari debet usque in seculum sequens. Quod si extat illa continuatio, eam mihi
communicari rogo; paucarum sane plagularum erit; cum integrum Chronicon non sit
admodum prolixum. 20

Quod caetera attinet, me ad priores refero, Tibique iter felix, et caetera quoque
omnia prospera precor,

Cultor studiosissimus

Godefridus Guilielmus Leibnitius.

Hanoverae 5 Jul. 1695

3 una dies *L*, *korr. Hrsq.*

2 amicus: J. Teyler besuchte Leibniz in Hannover Ende Juni oder Anfang Juli 1695; vgl. auch Leibniz' Brief an J. J. Chuno vom 25. Juli 1695 (I, 11 N. 398). 12 Chronicon: vgl. den Druck in LEIBNIZ, *Accessiones historicae* I, 1698 u. ö. 13 successit: Hiernach fehlt (vgl. LEIBNIZ, *a. a. O.*, S. 36) folgende Textpassage: „Adrianus V natione Januensis, sedit mensem I, dies IX. Anno Domini MCCLXXVI. Adriano V successit“. 14 c i r c u s: gemeint ist offensichtlich „circa“, wie sich aus neueren Ausgaben der *Chronica Johannis Vitodurani* (vgl. *MGH Scriptores rer. Germ.*, N. S. 3, 1924, S. 33) ergibt. 17 libro: vgl. G. J. VOSSIUS, *De historicis latinis libri tres*, 1627, lib. 3, cap. 9.

147. AUGUSTINUS VAGETIUS AN LEIBNIZ

Wittenberg, 5. (15.) Juli 1695. [145. 153.]

Überlieferung: K Abfertigung: LBr. 949 Bl. 33–34. 1 Bog. 4°. 3 S. Eigh. Aufschrift. Siegel.
Postverm. Bibl.verm.

5 Perillustris atque Excellentissime Vir Patrone Summe

Eodem hoc die, quo Tuas accipio properis Gottingam vocor literis, ut ibi δοκιμασ-
τικῆν habeam lectionem et nonnihil speciminis dem, qua in Mathesi, qua in literis Graecis,
proposituro τῆς δοκιμασίας argumenta D^{no} de Dransfeld. Jam quidem non desunt hic loci,
quibus infra dignitatem ordinis nostri videtur tentamen ibi subire. Sed cum videam in
10 eo rem loco non esse, ut nimia moveam dubia, et magis ad conservandum morem anti-
quum respici, adero quantocyus ubi forte coram plura cum D^{nis} Patronis Gottingensibus
tractari poterunt, ut mitius atque honorificentius mecum agatur. Possem hoc ipso die
celerrimo, quem vocant, curru vectus hinc abire, nisi timor subesset, ne diu noctuque
sine quiete vectus vulnera pulmonum refricem, quibus sanandis jam tertium annum lacte
15 caprino utor, ut quantum ejus fieri potest haemoptyseos recidivam amoliar, et scorbu-
tico morbo resistam. Praeter hoc duo retardant iter impedimenta. Alterum est, quod
Dissertatio inauguralis pro Loco obtento habenda ulterius differri salva honoris et famae
integritate non possit, quam accelerare, a variis amicis identidem interpellato, et propter
collegia plura ad finem perducenda non licuit. Alterum magis urget. Nempe exhaustus
20 rerum gerendarum nervo, implorare opem cogor mercatoris cujusdam Hamburgensis, qui
jam peregre existit; neque pro certo affirmare possum quas frequentaverit nundinas, vel
quando redux domi futurus sit. Spero tamen me vel 21^{mo} vel 28^{vo} Julii die hinc abiturum,
ubi primum varias ob causas Tua jussa coram capessere necessarium duco. Ita perservero

Tui summi Nominis gratissimus Cultor

Augustinus Vegetius

25 Dab. Vitemb. d. 5. Jul. 1695.

Zu N. 147: Die Abfertigung antwortet auf N. 143, kreuzt sich mit N. 145 und wird gefolgt von
N. 153. 6 literis: nicht gefunden; vgl. dazu Dransfelds Brief an Leibniz vom 7. Juli 1695 (I, 11 N. 367).
17 Dissertatio inauguralis: *De columnis aeneis templi Salomonis . . . Praeses M. Augustinus Vegetius,*
Respondente Francisco Joanne Gerdes . . . die XVIII Julii 1695, 1695. 20 mercatoris cujusdam: nicht
ermittelt.

A Monsieur Monsieur Leibnitz Conseiller d'Etat de S. A. El. de Brunsvic à Hannover Franco Magdeb.

148. LEIBNIZ AN GEORG FRANCK VON FRANCKENAU

Hannover, 12. (22.) Juli 1695. [140.]

Überlieferung: 1 Reinschrift oder Abschrift einer unbekanntenen Vorlage: LBr. 283 Bl. 4–5. 5
1 Bog. 4°. 2 $\frac{2}{3}$ S. von G. Ch. Ottos Hand mit einem gestr. Eintrag von Leibniz' Hand.

Illustri Viro D^{no} Georgio Franco de Frankenau¹

Regiae Majestatis Danicae Archiatro

Godefridus Guilielmus Leibnitius S. P. D.

Quantum gavisus sum conspecta manu Tua, et effusae in me benevolentiae gratissimis notis, Tantum Germaniae vicem dolui quae Te avvocato non exiguo ornamento 10
privatur. Sed magno Regi, et Daniae jam Tuae gratulor, quae sibi hoc Decus vindicare novit. Deum vero precor, ut Tuo aequae ac publico commodo optimisque auspiciis suscepta sit profectio. Habet Dania praestantes in omni doctrinae genere Viros. Ex his duos me vidisse puto Parisiis, Romerum Mathematicum inter nostri seculi primos numerandum 15
et Casp. Bartholinum multa jam Tum in Anatomicis praeclara agitantes, quorum et specimina dedit. At Romerus ex quo Gallia excessit, ubi in Academia Regia locum perhonorificum tenebat, nihil quod sciam in publicum emisit, cum tamen necesse sit multa eum habere eximia et digna transmitti ad posteritatem. Optarem ab ipso fusius aliquando exponi ingeniosissimam illam demonstrationem, Hugenii et Newtoni summorum in his 20

¹ ⟨Rechts daneben von Leibniz' Hand; gestr.:⟩ Hanoverae 12 Jul. 1695.

Zu N. 148: Die nicht gefundene Abfertigung war vermutlich Beilage zu einer Sendung an Mencken (I, 11 N. 395). Dieser beförderte den Brief weiter nach Hamburg. Beilage zu N. 148 dürfte ein Schreiben von Behrens an Franck von Franckenau vom 9. Juli 1695 (nicht ermittelt) gewesen sein (vgl. I, 11 N. 372). 14 f. me vidisse puto: Hinsichtlich Bartholins ist das sehr fraglich, denn dieser behauptet in seinem ersten Brief an Leibniz vom 3. Mai 1678 „quem facie nunquam novi“ (III, 2 N. 165). 17 Gallia excessit: Rømer verließ Frankreich im Jahr 1681. 20 Hugenii: vgl. z. B. den *Traité de la lumiere*, 1690, chap. I. 20 Newtoni: vgl. z. B. seine *Principia mathematica*, 1687, lib. I, sect. XIV.

studiis virorum calculo probatam, qua mirifice evicit, lumen non moveri in instanti. Habebat etiam in animo mechanica quaedam mirae subtilitatis. Quin et autor fuit Machinae Astronomicae admirandae quae ni fallor Regio jussu ad Sinas missa est. Haec cum tanta sint, Tamen nescio, quo ipsiusmet neglectu ignorantur. Vivere etiamnum spero Erasmium
 5 Bartolinum Mathematicum Celeberrimum, cujus ego non minus ac Romeri iudicium de novo Calculo Analytico a me invento nosse pervelim. Hunc calculum nuper libellis duobus editis impugnavit Bernardus Nieuventiit Batavus, modeste quidem et cum multo honore verborum, sed ita tamen, ut facile ipsi satisfieri posse putem.

Memini etiam Hamburgi ante annos complures videre Ottonem Sperlingium Virum
 10 in omni litterarum genere, sed imprimis in historia praeclare versatum, et nunc ut intelligo, a Rege Danicis rebus scribendis destinatum. Et huic et illis, si occasio ferat, salutem a me nuntiari peto cultumque et multa praeclara expecto a Sperlingio noscendis rebus Septentrionis. Edideram ego non ita pridem *Codicem diplomaticum* quo monumenta nonnulla majora illustrando gentium juri apta continentur, foedera, foeciales, denuntiationes,
 15 pacta inter principes dotalia, Testamenta aliaque id genus. Habeo nunc materiam non spernendam pro Tomo secundo qui res seculi superioris attinget, sed tamen anteriorum quoque supplementa et tertio Tomo nostri seculi rebus destinato materiam seligo, jamque ex aliquot Germaniae et Italiae aulis et archivo Regni Anglicani rariora quaedam accepi. Expecto quaedam ex collectaneis Manuscriptis Cardinalis Granvellani. Etiam Sveci polli-
 20 centur nonnulla. Neque ego nisi ea peto quae vel pertinent ad decus mittentium, vel certe nihil habent quod ipsis non lubentibus in publicum dari possit. Putem in hujusmodi rebus apud vos celeberrimum Sperlingium mihi auxilio fore rerumque administros et gloriae Regni et publicis usibus libenter hoc daturus, quanquam enim mihi ignoto homini (nisi Tua me utcunque nosci faciat commendatio) talia speranti prope temeritatis metuenda sit accusatio, faciunt tamen et studium de republica merendi meum et exempla aliarum
 25 aularum, ut non omnino spem abjiciam. Et fortasse Guldenlovius inclytus Heros meminerit, Habbaeo interprete id actum fuisse, ut ego in Daniam venirem ex Gallia, ubi tunc

13f. nonnulla majoris . . . contineatur *l*, ändert Hrsg.

2f. Machinae Astronomicae: vgl. hierzu die Erl. in III, 3 N. 356 (S. 627). 6 libellis duobus: B. NIEUWENTIIT, *Considerationes circa analyseos . . . principia*, 1694 u. *Analysis infinitorum*, 1695.

11 destinatum: vgl. zur Thematik O. SPERLING, *De Danicae linguae et nominis antiqua gloria et praerogativa inter septentrionales commentariolus*, 1694. 27 actum fuisse: vgl. Habbäus' Anfrage vom 25. März 1673 (nicht gefunden) und Leibniz' Antwort vom 5. Mai 1673 (I, 1 N. 277).

degebam, quod locorum intercapedine ipsius Habbaei coepta deserentis discursatione fuit interceptum.

Memini celeberrimum Sperlingium vitam Alb. Crantzii olim moliri, an absolverit daturusque mox sit, nosse aliquando gratum erit. Indicabam tunc quae Cranzius pro Serenissima Domo Luneburgica contra Hamburgenses gesserat. 5

Mihi res Septentrionales consideranti saepe visum est sub Saxonum nomine Romana litora infestantium etiam eos fuisse comprehensos, qui postea Normanni sunt dicti. Et quanquam Dani tunc nondum memorati sint in scriptoribus qui hodie extant, prius tamen innotuisse Romanis, quam vulgo creditur, suspicor ex illo memorabili et genti honorificentissimo sed nescio an hactenus satis observato, Romanorum dicto militari: *Laudabatur Perses Marco, cum non noverat Gothum; sed o ubi est Danus?* 10

Experientissimus Ebelius mandata Tua circa Telonium Cellense statim curaverat, fuitque mihi transmissum mandati Ducalis apographum sed cum jam abesse Witeberga deberes literis ad Dⁿ. Vagetium datis significare rem contentus fui. Velim aliis et majoribus approbare Tibi voluntatem meam posse. Quae petii, nolim aliter accipias, quam si commodissimae occasiones nascantur, ut omnis molestia absit. Quod superest vale Vir Amplissime et fave 15

Dabam Hanoverae 12 Julii 1695.

149. LEIBNIZ AN GUILLAUME FRANÇOIS DE L'HOSPITAL

[Hannover], 12./22. Juli 1695. [142. 158.]

20

Überlieferung:

L¹ Konzeptbruchstück: LBr. 560 Bl. 72–73. 1 Bog. 4°. $\frac{2}{3}$ S. (Bl. 73 r^o). Auf diesem Bogen befindet sich auch *k* von N. 141. — Gedr.: GERHARDT, *Math. Schr.* 2, 1850, S. 293–294.

6 f. Romana litera *l*, *korr.* Hrsg.

3 vitam Alb. Crantzii: O. SPERLINGS *Historia uberior vitae et scriptorum Alberti Krantzii* ist nie erschienen; vgl. J. MOLLERUS, *Cimbria literata*, II, S. 856. 5 gesserat: nicht ermittelt; vgl. auch I, 14 N. 16. 10 dicto: LEIBNIZ, *Accessiones historicae* 1, 1698, Praefatio, Bl. 3 v^o; vgl. auch RAVENNAS Anonymus, *Cosmographia* 4, 13. 12 mandata Tua: Schreiben an Ebel nicht ermittelt; vgl. auch N. 140. 13 apographum: LBr. 283 Bl. 3. 14 literis: N. 145.

Zu N. 149: Die nicht gefundene Abfertigung antwortet vermutlich auf N. 141 und wird wahrschein-

L^2 Auszugsbruchstück: ehemals LBr. 560 Bl. 122; heute verloren. Wir drucken nach einer Abschrift für die Akademie-Ausgabe aus der Zeit vor 1928; die beiden Klammerungen befinden sich in der Abschrift. — Gedr.: 1. GERHARDT, *Math. Schr.* 2, 1850, S. 294–295 (teilw.); 2. WOOLHOUSE, *Texts*, 1997, S. 56–57 (engl. Übers., teilw.).

5 $\langle L^1 \rangle$

Un Hollandois nommé Monsieur Nieuwentiit a fait des objections contre nostre calcul. Il s' imagine qu' on ne doit jamais rejeter en calculant, que ce qui n' est rien absolument, et non pas ce qui est infiniment petit. Il croit ainsi de pouvoir profiter de nostre calcul, et de l' habiller à sa mode, en mettant des lettres ordinaires, comme e, v , etc. au lieu de dx, dy . Mais se trouvant arrêté par les differentio-differentielles, il prend le parti de les rejeter absolument comme des riens. Ainsi selon luy ddx n' est pas une quantité, et meme le quarré de dx n' en est point, ce qui est plaisant de toutes les manieres, car qui a jamais oui dire, que le quarré d' une quantité n' est rien. Mais il a eu besoin de ce paradoxe, pour soutenir son sentiment. Car dans les calculs de M. Fermat et Slusius (qu' il attribue à M. Barrow) on garde les e et o , et on rejette les termes où se trouvent leur quarrés. Mais la raison n' est pas celle qu' il suppose, sçavoir que les quarrés ne sont rien, Mais c' est parceque ces termes sont incomparablement moindres que ceux qui sont affectés par des e et o simples, qui restent seuls. Cependant comme il propose ses objections d' une maniere fort honneste, je luy ay repondu avec beaucoup de retenue et je n' ay pas voulu faire sentir au lecteur toute l' incongruité de ce qu' il avance.

Dans le theoreme que je vous avois envoyé dans une de mes precedentes, je m' estois abusé par pure inadvertence. Car au lieu des coefficients $1, e, ee, e^3, e^4$, etc. il falloit mettre $1, e, e \cdot e - 1, e \cdot e - 1 \cdot e - 2$, etc. Ainsi il y aura

$$\int z^e d^{\frac{m}{\cdot}} n = +z^e d^{\frac{m-1}{\cdot}} n - e \cdot z^{\frac{e-1}{\cdot}} d^{\frac{m-2}{\cdot}} ndz + e \cdot e - 1 \cdot z^{\frac{e-2}{\cdot}} d^{\frac{m-3}{\cdot}} ndz^2 \text{ etc.}$$

14 et Slusius *erg.* L^1

lich durch N. 158 beantwortet. — Dass L^1 und L^2 zu einem Brief gehören, ist sehr wahrscheinlich, anderenfalls müsste man zwei zeitlich eng bei einander liegende Leibnizbriefe annehmen; denn L^1 ist nicht vor Mitte Juli entstanden (Textträger) und L^2 ist auf den 22. Juli datiert. 6 des objections: vgl. die Erl. zu N. 135. 19 je luy ay repondu: vgl. LEIBNIZ, *Responsio ad nonnullas difficultates*, in: *Acta erud.*, Jul. 1695, S. 310–316 u. die beiden anonymen Besprechungen in: *Acta erud.*, Jun. 1695, S. 272–273 bzw. Feb. 1696, S. 80–[82]. 21 une de mes precedentes: vgl. N. 102.

⟨ L^2 ⟩

Extrait de ma lettre à M. le Marquis de l'Hopital le $\frac{12}{22}$ Juillet 1695.

Je seray ravi d'apprendre vostre jugement sur mes meditations inserées dernièrement dans vos Journaux du juin et juillet. Ce sont les mathematiciens qu'il faut demander pour juges, et non pas le volgaire des philosophes. Les pensées metaphysiques ne peuvent manquer de paroistre estranges aux esprits peu accoustumés aux meditations. Mais j'espere qu'ils ne s'en rompront pas la teste. Je suis fort du sentiment du R. P. Malebranche en ce qu'il croit, qu'il n'y a que Dieu qui agisse immediatement sur les substances par une influence réelle. Mais mettant à part la dependance où nous sommes à son egard, qui fait que nous sommes conservés par une creation continuelle, mettant dis je cela à part pour ne parler que des causes secondes ou du cours ordinaire de la nature; je tiens que sans avoir besoin des nouvelles operations de Dieu, on peut se contenter pour expliquer les choses, de ce que Dieu leur a donné d'abord. Ainsi selon moy toute substance [exprime deja par avance et]¹ se produit à elle même par ordre tout ce qui luy arrivera interieurement à jamais, Dieu s'estant proposé de n'y concourir que conformement [à ces delineations primitives ou] à la nature primitive de la chose dont les suites ne sont que des developpemens de l'avenir. Mons. Arnaud avoit crû à la premiere veue, que cela pourroit donner atteinte à la grace, et favoriser les Pelagiens. Mais ayant receu mon éclaircissement, il me dechargea de cette accusation. Cependant je crois pouvoir dire qu'il n'y a rien qui soit plus favorable à nostre liberté que le sentiment que je viens de dire. La clef de ma doctrine sur ce sujet consiste dans cette consideration que ce qui est proprement une unité réelle, Monas

¹ (In L^2 zur geklammerten Passage von Leibniz' Hand:) hoc omisi

3 mes meditations: Leibniz' Abhandlung *Système de la nature et de la communication des substances*. 17 avoit crû: vgl. Arnaulds Reaktion vom 13. März 1686 auf die von Leibniz am 11. Februar 1686 übersandten 37 Artikel des *Discours de métaphysique* und die folgenden Briefe der Korrespondenz (GERHARDT, *Philos. Schr.* 2, S. 15 ff.).

150. JOHANN BERNOULLI AN LEIBNIZ

Basel, 17. (27.) Juli 1695. [146. 154.]

Überlieferung:*K*¹ Konzept: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 18 Bl. 15–17 u. Bl. 20 (P. S.). 1 Bog. 2 Bl. 4°. 6 $\frac{1}{4}$ S.*K*² Abfertigung: LBr. 57,1 Bl. 37–39. 1 Bog. 1 Bl. 4°. 6 S. (Unsere Druckvorlage)*E* Erstdruck nach einer unbekanntem Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 74 bis 82 (teilw.). — Danach (mit Ausnahme der in *E* fehlenden Passagen, die nach *K*² gedruckt sind): GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 197–205 (teilw.).

Vir Amplissime atque Celeberrime Fautor Honoratissime

10 Denuo Vesontionem scribi curavi, ad solicitandum Dⁿ. Praesidem Boisotium Fratrem Abbatis defuncti, ut monumentorum quae hic Tibi promiserat Te compotem reddat. Hactenus occasionem nullam nactus fui scribendi ad Einsidelenses, quam tamen jam ante acceptas postremas Tuas diligenter quaerebam: interim spero me tandem quandam impetraturum, et quidem per amicum qui eo literas ferri curabit. Nihil enim non

15 tentabo, quando agitur de Tuis desideriis explendis, et libenter omnia seponam negotia meo ipso licet incommodo, si Tuis commodis obstetricandum sit. Apud mercatores nostros inquisivi quanti constet vectura centenarii Lipsia Basileam mittendi, quem ad 12 florenos imperiales ascendere dicunt, praeter alios exiguos quosdam sumtus hisce temporibus bellicis faciendos. Brevissima via est ut Libri dirigantur Ulmam vel Norimbergam

20 ad Bibliopolam quendam amicum (quorum Dⁿ. Menckenius plures novit, hacque in re officia sua contribuere poterit) qui eos ulterius ad aliquem Bibliopolam nostratam transferri curabit. Ut autem periculum publicationis vel uti vocant confiscationis evitent, eos muniri oportet literis, quas nuncupant, attestatoriis a nostro Archigrammateo petendis, Ulmamque vel Norimbergam mittendis: Is autem qui hasce attestatorias petit, juramento

25 asseverare debet, non esse Libros in Galliam vehendos, sic itaque haec via difficilis Tibi erit, quia eos revera Lugdunum curandos dicis; Tutiolem quamvis paulo prolixiolem viam ego consulerem, quae Francofurtum instituitur, inde enim merces absque hujusmodi li-

Zu N. 150: Die Abfertigung antwortet auf N. 137 u. N. 146 (vgl. das P. S.) und wird durch N. 154 beantwortet. 10 scribi curavi: Details nicht ermittelt. 14 amicum: nicht ermittelt.

teris secure transportantur, ceu Mercatores mihi dicunt interim vectura paulo pretiosior erit.

Nudius tertius iterum literas accepi a D. D. Braunio, in quibus significat rem feliciter confectam, meque ab Ampliss. Curatoribus ad Professionem mathematicam destinatum, a Celsiss. Ordinibus vero approbatum et confirmatum fuisse; ita ut forte intra octiduum 5 publicas vocationis literas sim accepturus: Simulque de rebus meis tanquam cito Basileam deserturum disponere me jubet, quod jam mense Octobri Gröningae desiderer. Expeditam adeo itineris aggressionem a me exigere non certe expectabam, quia ad minimum hyemem adhuc Basileae sperabam transigere. Citissimus iste discessus me non mediocriter turbat, praesertim cum hactenus de transferendo domicilio nondum cogitaverim, nec uxorem meam cui patriam, parentes, consanguineos imprimis filiolum nostrum nondum semestrem qui pro itinere perferendo nimis delicatulus est, deserere molis insuperabilis videtur, ad iter mecum suscipiendum proclivem reddere potuerim. Verbo mille me curae et sollicitudines, ceu hisce casibus fieri solet, obruunt: Ignosce igitur si ad tempus meditationibus mathematicis valedixero, dum fata quietiorem reconcesserint statum. 10 Non possum tamen quin ad singula ultimarum Tuarum puncta breviter respondeam.

Quanquam egregium aliquid in animo habuerim et peculiare compendium pro summationibus et inprimis pro methodo tangentium inversa sperarim ex iis quae in prioribus meis animadverti circa comparationem rectangulorum differentialium cum polynomiorum potentiis, non tamen per otium hucusque licuit ea ulterius proseguire; Et 20 sane multarum imagine rerum ita sum confusus, ut non nisi in ipso scribendi articulo hisce animum adhibeam et quidem satis oscitanter. Memineris me seriem universalem invenisse pro quadraturis et rectificationibus, per continuam additionem et subtractionem quantitatum aequalium, quae Tibi non displicuit; en nunc aliam non minus curiosam; quaerenda esto $\int \overline{ndz}$: differentietur ndz , habebitur $nddz + dndz$, ergo modo 25 meo sumenda est tertia proportionalis ipsius $d^0nddz + dndz$ ad d^0ndz , quae itaque erit

5 approbatum et *erg.* K^1 11 f. consanguineos | et filiolum nondum . . . est *erg.* | deserere K^1
18 et inprimis . . . inversa *erg.* K^1



3 literas: nicht ermittelt; die Übermittlung des offiziellen Schreibens der Kuratoren erfolgte mit Brauns Brief vom 16. Juli 1695 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 416–417). 11 parentes: Daniel u. Anna Catharina Falkner. 11 filiolum: Niklaus (II.) wurde am 6. Februar 1695 geboren. 18 f. prioribus meis: N. 133. 22 seriem universalem: die sog. Bernoulli-Reihe; vgl. N. 55, S. 172 Z. 19 u. ö.


$$\frac{d^0 n d d z}{d^0 n d d z + d n d z} = (\text{dividendo numeratorem et denominatorem per } dz) \frac{d^0 n d z}{d^0 n d z + d n d^0 z};$$
 facta divisione continua inchoando a priori denominatoris membro, proveniet $\int \overline{ndz} = d^0 n d^0 z - d n d^{-1} z + d^2 n d^{-2} z - d^3 n d^{-3} z$ etc. = $n z - d n \int z + d^2 n \int^2 z - d^3 n \int^3 z$ etc. inchoata vero divisione a posteriori membro erit $\int \overline{ndz} = d^{-1} n d z - d^{-2} n d^2 z + d^{-3} n d^3 z - d^{-4} n d^4 z$ etc. = $d z \int n - d^2 z \int^2 n + d^3 z \int^3 n - d^4 z \int^4 n$ etc. quoniam nunc (posita dz constante) $\int z, \int^2 z, \int^3 z, \int^4 z$ etc. aequantur ipsis $\frac{z^2}{1 \cdot 2 dz}, \frac{z^3}{1 \cdot 2 \cdot 3 dz^2}, \frac{z^4}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 dz^3}, \frac{z^5}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 dz^4}$ etc. prior series $\int \overline{ndz} = n z - d n \int z + d^2 n \int^2 z - d^3 n \int^3 z$ etc. convertetur in hanc $\int \overline{ndz} = n z - d n \frac{z z}{1 \cdot 2 dz} + d^2 n \frac{z^3}{1 \cdot 2 \cdot 3 dz^2} - d^3 n \frac{z^4}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 dz^3}$ etc. quae omnino eadem est quam in *Actis* publicavi, quod valdopere miror, hunc enim eventum cum haec inciperem scribere non sperabam, putans longe aliam seriem hac methodo proventuram: Elegans iste consensus mirifice methodorum probitatem praepri-
 5
 10
 15
 20
 mis hujus posterioris ubi tam mirabiliter et contra omnem consuetudinem cum literis d , proceditur, confirmat: Sic etiamnum sum in opinione, infinita alia et inaudita inde erui posse, dummodo aliquis attentiori scrutatione illa prosequi vellet; quod certe a me nunc exigi non potest. Caeterum si ponamus dn constantem, erunt $\int n, \int^2 n, \int^3 n, \int^4 n$ etc. = $\frac{nn}{1 \cdot 2 dn}, \frac{n^3}{1 \cdot 2 \cdot 3 dn^2}, \frac{n^4}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 dn^3}, \frac{n^5}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 dn^4}$ etc. hocque modo altera series $\int \overline{ndz} = dz \int n - d^2 z \int^2 n + d^3 z \int^3 n - d^4 z \int^4 n$ etc. mutabitur in hanc $\int \overline{ndz} = dz \frac{nn}{1 \cdot 2 dn} - d^2 z \frac{n^3}{1 \cdot 2 \cdot 3 dn^2} + d^3 z \frac{n^4}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 dn^3} - d^4 z \frac{n^5}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 dn^4}$ etc. ubi pariter in applicatione $dz, d^2 z, d^3 z, d^4 z$ etc. destruuntur per dn, dn^2, dn^3, dn^4 etc. ita ut
 20
 proveniant quantitates pure algebraicae; quae series itidem per additionem et subtractionem reperitur.

Eodem modo quo ego concipis curvam bicornem vel retrogradam \curvearrowright , quae punctum habet in quo infinitae lineae tangunt et proinde dx ad dy omnes habet possibles rationes, illud enim punctum nihil aliud est quam evanescentia capituli quod considerari

20 f. quae series . . . reperitur erg. K^1 22 curvam retrogradam K^1


9 publicavi: vgl. Joh BERNOULLI, *Additamentum effectiois omnium quadraturarum et rectificationum curvarum per seriem quandam generalissimam*, in: *Acta erud.*, Nov. 1694, S. 437–441 [517–521].

potest vel sic  vel ita , id quod manifestissime patet in cycloidibus et conchoidibus interioribus, cyclois enim protensa refert speciem primi et contracta secundi, coalitus vero protensae et contractae facit curvam retrogradam: Interim difficultas hic se prodit,



quam nondum mihi eximere potui; Concipiatur enim curva ABC evolvi; et evolutione describi curva $AFGH$; Filum utique evolvens evolutione semper crescit, ita ut curva $AFGH$ sit una continua curva; Intelligatur nunc caput BC evanescere, proindeque BF , CG evadere aequales, quo fit ut portio curvae FG degeneret in semiperipheriam circuli, adeoque continua curva $AFGH$ constet tribus diversis portionibus AF , FG , GH : Ex hac consideratione sequitur (siquidem ab universali ad particulare sit argumentandum) si

2 contracta secundi: Die Gestalt einer verkürzten Zykloide ist folgende: 




$\alpha\beta\epsilon$ sint ex. gr. duae semicycloides communes, curvam ex evolutio[ne] genitam non esse cycloidem integram $\alpha\varphi\epsilon$ ut hactenus creditum est, sed esse $\alpha\varphi\gamma\zeta$ compositam ex semicycloide $\alpha\varphi$, ex semicircumferentia $\varphi\gamma$, et ex portione $\gamma\zeta$; Hae cum sint diversae curvae, quomodo unicam et continuam curvam producere censendae sint non video.

5 Jam satis ostendi D. Marchioni Hospitalio, ubi erraverit Craigius, verum illud publice faciendum non puto, antequam ipse Craigius ad priores meas objectiones responsionem fecerit. Praeter illas curvas transcendentes, quarum in ultimis meis mentionem feci,

4 producere (1) possunt? (2) censendae sint non video. K^1 6f. objectiones (1) instantias (2) responsionem fecerit K^1

1 curvam ex evolutio[ne] genitam: Die Evolvente $\alpha\varphi$ der Semizykloide $\alpha\beta$ ist nicht ohne Unstetigkeit mit der Evolvente der Semizykloide $\beta\epsilon$ zu kombinieren, wohl aber mit der Evolvente der Semizykloide $\epsilon\beta$ (gestrichelte Linie in der Zeichnung Bernoullis). Trägt man aber den Zuwachs der Länge des abgewickelten Fadens beginnend beim singulären Punkt β von dem Berührungspunkt auf der Zykloidentangente ab und setzt dieses Verfahren entsprechend für die beiden folgende Semizykloiden fort, so erhält man ein der Bernoullischen Figur ähnliches Gebilde:




5 ostendi: vgl. Bernoullis Brief an

L'Hospital vom 13. Mai 1695 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 282–288). 6 priores meas objectiones: vgl. Joh. BERNOULLI, *Animadversio in praecedentem solutionem illustris D. Marchionis Hospitalii*, in: *Acta erud.*, Feb. 1695, S. 59–65.

nimirum quarum puncta possunt algebraice haberi, video omnes esse in earum censu, quarum natura exprimitur per aequationem ad dimensionem indeterminatam ascendentem, qualis est $x^x = y$; quibus etiam accenseri possunt quadratrix, spiralis Archimedeae, loxodromica plana aliaque[;] Possunt enim etiam in his curvis puncta quotvis geometricè determinari; hinc Tibi deliberandum relinquo annon jure hujusmodi curvas peculiari nomine *p e r c u r r e n t i u m* nuncupaverim ad distinctionem earum, quae omnino sunt transcendentibus, id est, quarum ne unicum quidem punctum algebraice invenitur; Et annon medium tenere censendae sint inter algebraicas et transcendentibus: Cui et D. Tschirnhaus suffragari videtur, in nova editione *Medicinae mentis et corporis* pag. 109 et seqq. ubi etiam aliquas harum curvarum species profert, quas vero absolute inter Geometricas Cartesianas referri debere contendit. 5 10

Libenter concedo in osculo concurrere duos contactus ea ratione qua Tu intelligis, adeoque certamen Te inter et fratrem meum est pura puta logomachia, ut jam in praecedentibus meis innui, sed nego ea propter osculum esse concursum quatuor radicum; duo enim isti contactus non sunt unius ejusdemque circuli, sed duorum diversorum qui in unum coalescunt; sic possent in problemate quodam ex. gr. sex circuli curvam quandam certa ratione tangere, qui tamen in certo casu omnes sex in unum coalescerent; an ideo contactus iste censendus esset concursus duodecim intersectionum unius circuli vel concursus duodecim radicum? Absolum utique hoc foret, posset enim circulus hac ratione quamlibet curvam secare in tot punctis quot liberet. Ego osculum sic concipio[;] esto 15 20




curva quaedam $ABCDE$, ex cujus puncto quopiam C indefinita ducta intelligatur perpendicularis CG , centro alicubi G sumpto satis a C distante describatur circulus BCD , qui utique simpliciter tangit curvam in C et alibi adhuc bis secat curvam in B et D ; intelligatur nunc centrum G paulatim moveri versus punctum C immobile, quo fiet, ut etiam

22 satis a C distante *erg.* K^1 23 simpliciter *erg.* K^1

duae intersectiones B , D magis accedant ad idem punctum C , donec tandem alterutrum eorum B vel D (utrumque enim simul impossibile est, nisi forsan partes curvae CB , CD sint similes, id est, si punctum C sit vertex summus) coincidat cum puncto contactus C ; hoc casu dico GC esse radium circuli osculatoris BCD ; manifestum autem est, hocce modo osculum esse concursum trium tantum intersectionum, nimirum contactus simplex C qui aequivalet duabus intersectionibus coincidit cum tertia intersectione B vel D ; et quia hae intersectiones omnes semper in eodem circulo considerantur ubicunque existat centrum G , erit osculum revera concursus trium et non plurium radicum.

Nisi candorem meum et ingenuitatem ut ipse fateris jam satis compertam haberes, subdubitarem sane annon aegre tuleris, quod fecerim quasdam objectiunculas vel potius difficultates contra *Specimen Tuum Dynamicum*; stylus enim quo uteris ad sententiam Tuam defendendam solito nervosior videtur: mihi sane nunquam persuasi Te tam perfunctorie in statuendis hujusmodi versari; sed si non satis meditatus sum quae scripseras, sique judicavi paulo festinantius, condonabis; quae enim dixi non minus mature mihi per-
 15 pensa existimaveram; interim persuasum Te velim, nullam contradicendi libidinem sed merum veritatis amorem me eo impulisse: Et credas ejusmodi pruritus qui omnibus philosophastris communis est, quia quod aliud agant non habent, ab indole mea longe esse alienum: Patere ergo, ut scrupulum discendi gratia proponam quem in responsione Tua reperio; Dicis duo corpora A et B , quae sint mole ut 1 et 4, celeritate vero ut 2 et 1,
 20 aequaliter in medium uniformiter elasticum penetrare, seu vim suam consumere aequali elastrorum numero depresso: Supponamus autem corpora A et B aequalia, sed celeritatibus moveri ut 2 et 1, secundum opinionem Tuam corpus A quadruplo altius penetrabit in medium quam corpus B ; videor autem mihi posse demonstrare profunditates corporum aequalium in medio uniformiter elastico peractas esse in ratione subduplicata non vero

12 f. Te tam ... versari *unterstr.* K^1 18 discendi gratia *erg.* K^1



duplicata celeritatum: Sit enim corpus A , quod penetret in medium AB uniformiter elasticum id est cujus quodlibet punctum C aequali elastro sit praeditum, adeoque ut omnes elasticitates simul sumptae in abscissa AC designentur per applicatam CF trianguli ABG ; Et sit corporis A celeritas prima AD ; si itaque invenienda sit ejus celeritas CE quam in puncto C habeat, construenda est curva DEB , cujus differentiales applicatarum CE sint ut applicatae trianguli CF , id est ut retardationes sint elasticitatibus proportionales: demonstratur autem facile quod curva DEB sit parabola, cujus vertex D et axis DA . Habeat nunc corpus A celeritatem aliam primam Ad , ad inveniendas caeteras celeritates Ce , haud dubie construenda est altera parabola deb verticem d et axem dA habens, quae sit eadem cum priori DEB , quia utrobique elasticitates sunt eadem: Est autem ob identitatem parabolaram, $AB \cdot Ab :: \sqrt{AD} \cdot \sqrt{Ad}$, ergo numerus elastrorum depressorum celeritate AD , est ad numerum elastrorum depressorum celeritate Ad , in subduplicata ratione celeritatum ipsarum: Ideoque juxta hanc demonstrationem corpus A requireret celeritatem quadruplam ad producendum effectum duplum, loco quod secundum Te requiritur celeritas tantum dupla pro effectu quadruplo.

Quae mihi narras de Bernhardo Nieuwentiit omnino lepida sunt; ecquis a risu abstinere posset? cum ille tam ridicule de nostro calculo velut caecus de coloribus ratiocinetur; quid quaeso sibi vult mirabilis ista aequatio quam comminiscitur? Erunt sane irriti conatus, quos intendit contra aliquid cujus nequidem ideam habet, nec felicius ipsi cedit quam Catelano aliisque qui deprimere voluerunt calculum differentialem eam ob causam

17 ratiocinetur: vgl. seine beiden Schriften *Considerationes circa analyseos . . . principia*, 1694 u. *Analysis infinitorum*, 1695. 20 Catelano: vgl. das Hauptwerk *Logistique pour la science générale des lignes courbes*, 1691 und den Beitrag *Difficulté sur la solution d'un probleme de Mr. Bernoulli*, in: *Journal des sçavans*, 29. März 1694, S. 274–280.

tantum, quia illum assequi non poterant: ars enim non habet osorem nisi sui ignorantem; Aggressores autem diversi sunt alii modesti alii vehementes ad quos priores refero Nieuwentiit, eumque laudo quod ita moderate procedit. Optarim interim ut mihi contingat videre ejus duos libros. Forte fortuna in manus meas incidit secunda Editio *Medicinae mentis et corporis* D. Tschirnhausii; miror et ego qui fieri potuerit ut insufficientem dederit enumerationem curvarum algebraicarum; siquidem statim ad oculos cuilibet patet, omnes illas omisisse, quarum aequationem ingrediuntur diversae potentiae ipsius y ; caeterum ejus librum obiter quidem perlustravi, modus tamen scribendi non ubique placet, dum suos errores olim commissos palliare, propria inventa utut satis communia exaggerare, aliorum vero imminuere tam scite novit. Non puto ope focorum ut quidem jactat omnes curvas et vel solas algebraicas construi posse.

Frater meus profectus est ad acidulas, quarum usu liberari sperat ab affectu hypochondriaco quo frequenter vexatur; vides exinde cujus sit naturae: Non possum non approbare quae adducis monita pro incremento et promotione solidarum scientiarum; Utinam omnes qui eruditi haberi volunt eorum meminissent: Non majus puto vitium imo peccatum quam si quis lumen suum quod ab Altissimo mutuo quasi accepit abscondere et aliis invidere velit; ac si de eo pro lubitu disponere possit, cum tamen nihil habeat quod proprium et cujus rationem Datori suo non redditurus olim sit; plerique de his quidem non cogitant, sed illos si non Theologica saltem politica ratio movere deberet, si serio perpenderent, se gloriae suae cui adeo litant in tantum detrahere, quantum illam adaugere student; quis enim non odit parcum datorem? Qui mihi aliquid invidet, quod citra damnum suum mecum posset communicare, eum sane amare non possum multo minus laudare. Praeter haec omnia tota quam hujusmodi docti pro se sibi acquirunt laus, est quod eorum scientia ab omnibus annihilatur, secundum Persii dictum[;] *Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter*. Quod ego e meliore luto ficta habeam praecordia, non levis est causa, quod in tempore cum hominibus vivere didici; id quod quam plurimis deesse video, qui non attendunt ad tritum illud quod homo sit animal sociabile.

Caeterum optime me mones, ut nonnihil temporis etiam medicinae meditandae conservem; sed excusabis me cum noveris meditationibus assiduis a tenera aetate adeo me tradidisse, ut inde mea constitutio corporis delicata admodum facta sit, quae non permittit ut actionibus quae non quidem mentis sed corporis applicationem postulant, diu

5 f. dederit: vgl. den 2. Teil, 3. allg. Regel, Darlegung des 3. Teils (S. 107 f.). 24 Persii dictum: A. PERSIUS Flaccus, *Saturae* 1, 27.

immorer; hinc (quod doleo) aegre feror ad diuturnam lectionem librorum, ad scribendum, ad calculandum, verbo ad omnia quae corpus et inprimis oculos fatigant: Ob hanc rationem paucos omnino evolvi Authores, imo ne quidem Cartesii Geometriam attente me perlegisse asserere possum: praecipua namque quae in Mathesi facio inventa, inter nocturnas horas (quas jam lecto decumbens somno suffurari soleo, quod meditationibus 5 commodissimae videantur) mihi sola attentio suggerit, nullo plerumque arrepto calamo ad faciendum calculum, quem licet prolixissimum sola mente longe expeditius instituo, quam si notas in chartam conjicerem.

Cum nuper meditarer super rectificatione curvarum, inveni modum generalem et promptum[,] data curva qualibet construendi curvam aliam quae cum proposita sit aequalis 10 arcui circulari: unde determinare me posse puto, utrum curva aliqua sit rectificabilis vel saltem cum circulo comparabilis nec ne? Si mihi tempus suppetierit, aliquid de hoc ad *Acta* referri curabo. Ex Hollandia intelligo Nob. Hugenum non quidem mortuum sed per integrum quadrimestre jam graviter decumbere, ex Gallia vero mihi scribitur, illum in mentis impotentiam incidisse, quod ipsi jam olim etiam solemne fuisse Parisiis 15 audiui; precor Deum ut incomparabili viro et mentis et corporis sanitatem quamprimum restituat. Vale et ama

Vir celeberrime Tuum ad officia paratissimum Joh. Bernoulli.

Basileae d. 17 St. v. Julj 1695

P. S. Hasce jamjam itineri traditurus, Tuas 5 Julj datas accipio; gratias debitas refero 20 pro congratulatione qua vocationem meam comitaris; Tibi vicissim prospera quaeque precor. Dⁿ. Marchioni Hospitalio dudum promisi, me si absque uxore proficiscar, iter suscepturum Parisios; Dicas mihi quaeso qua ratione nunc fieri possit ut et Tua praesentia mihi sane super omne gratissima frui detur; ita tamen ut immensas itineris ambages evitem quae quidem me non impedirent; si modo id commode et sine periculo fieri posset. 25

2 et inprimis oculos *erg. K¹* 6 plerumque *erg. K¹* 9f. et promptum . . . qualibet *erg. K¹*

9 meditarer: vgl. hierzu die Mitteilung an L'Hospital vom 3. Juli 1695 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 295) und Joh. BERNOULLI, *Meditatio de dimensione linearum curvarum per circulares*, in: *Acta erud.*, Aug. 1695, S. 374–376. 13 intelligo: Details nicht ermittelt. 14 scribitur: gemeint ist L'Hospitals Brief vom 6. Juli 1695 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 295–298). 22 promisi: im Brief vom 3. Juli 1695 (vgl. Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 292).

Caetera quae me jubes omnia fideliter exequare ut jam supra innui. Optarem ut Fratrem aequae ac me semper paratum invenires, Tuaeque civilitati ille responderet. Nosse cuperem an ad Te nondum literas dederit.

151. JOHANN SEBASTIAN HAES AN LEIBNIZ

5 Kassel, 18. (28.) Juli 1695. [124. 159.]

Überlieferung: K Abfertigung: LBr. 350 Bl. 78–79. 1 Bog. 8°. 2 S. Eigh. Aufschrift. Siegel. Post.verm.

Monsieur

Cassel ce 18. Juill^t 1695.

10 Je Vous envoye par ordre de M^r Papin le paquet cy joint, et parce que Je me propose d'écrire bien tôt amplem^t le succes de certaines petites occupations que J'ay eû[,] j'épargneray à ce tems là de m'étendre un peu, et de prendre aussi la liberté de Vous recomm[en]der treshumbl^t Monsieur une lettre pour Mons^r Morell. Cependant Je suis avec bien du Zele et du respect

Monsieur

Vôtre tresh. et tresobeïss^t servit^r

J. S. Haes mp.

15 A Monsieur Monsieur De Leibnitz Conseil^r de S. A. E. de Brounswic-Lunebourg etc. à Hanovre.

Zu N. 151: Die Abfertigung, der eine Sendung Papins und ein Brief an Morell beilagen, folgt N. 124. Die Sendung Papins bestand aus einem Brief gleichen Datums (N. 152) und zwei Exemplaren von D. PAPIN, *Fasciculus dissertationum de novis quibusdam machinis*, 1695. Da sich Papin in der Korrespondenz mit Leibniz vorrangig auf die lat. Fassung bezieht, gehen wir davon aus, dass es sich um zwei Exemplare dieser Fassung handelt. Ein nicht gefundenes Schreiben Leibnizens von August 1695, dem wahrscheinlich N. 155 beilag, folgt N. 151. 12 lettre pour Mons^r Morell: Ob es sich dabei um einen Brief von Haes an Morell handelt, bleibt fraglich, da Haes am 5. September (N. 159) behauptet, Morell seit einem halben Jahr eine Antwort schuldig zu sein.

152. DENIS PAPIN AN LEIBNIZ

Kassel, 18. (28.) Juli 1695. [155.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 714 Bl. 16–17. 1 Bog. 8°. 2 $\frac{3}{4}$ S. Eigh. Aufschrift. Siegel. Papierverlust durch Siegel. Bibl.verm. — Gedr.: 1. GERLAND *Briefw.*, 1881, S. 201–202 (teilw.); 2. PAPIN, *Ouvrages* 7, 1893, S. 168–169.

5

Monsieur,

De Cassel ce 18^e Juillet 1695.

Comme Vous avez eu la bonté de me faire tenir les Lettres hydrostatiques de Monsieur Gulielmini, J'ay esperé que Vous auriez bien aussi celle de luy renvoyer ma response: puisque Vous scavez les moiens d'entretenir correspondance et communication avec tous les sçavants de l'Europe: ainsi[,] Monsieur, Je prens la liberté de Vous envoyer deux exemplaires d'un petit ouvrage que J'ay tout nouvellement fait imprimer et où J'ay inseré mes penseés sur les Lettres de M^r Gulielmini: et Je Vous supplie tres humblem^t Monsieur, de vouloir bien à vostre commodité faire tenir un de ces exemplaires à mon d^t Sieur Gulielmini: et me faire l'honneur de garder l'autre pour Vous. Vous pourrez aussi, s'il Vous plaist Mons^r, y voir un extraict de la dispute touchant la maniere d'estimer les forces mouvantes: Je l'ay fait le plus clair et le plus sincere qu'il m'a esté possible: et en cas que Vous trouviez que J'aye obmis quelque chose qui auroit deub estre publié dans cet extraict: Je Vous supplie encor un coup, Monsieur, de vouloir bien en publier aussi un Vous mesmes: parce que Je crois fermement que la matiere est tres importante et qu'elle

6 de (1) Marburg (2) Cassel *K*

Zu N. 152: Die Abfertigung, der zwei Exemplare von D. PAPIN, *Fasciculus dissertationum de novis quibusdam machinis*, 1695 beilagen, war selbst Beilage zu einem Brief von Haes gleichen Datums (N. 151). Mit N. 152 nimmt Papin die Korrespondenz mit Leibniz wieder auf, die seit seinem Schreiben vom 7. Dezember 1692 (III, 5 N. 117) unterbrochen war. Leibniz antwortet mit N. 155. 7 me faire tenir: vgl. Leibniz' Schreiben vom 11. Mai 1692 (III, 5 N. 75). 7 Lettres hydrostatiques: D. GUGLIELMINI, *Epistolae duae hydrostaticae*, 1692; vgl. auch III, 5 N. 50. 11 J'ay inseré: vgl. „Epistola de fluentium aquarum mensura“, in: D. PAPIN, *a. a. O.*, S. 68–93. 13 faire tenir: Das für Guglielmini bestimmte Exemplar erreichte den Adressaten nicht; vgl. N. 242. 15 un extraict: vgl. „Synopsis controversiae authoris cum celeberrimo viro Domino G. G. L. circa legitimam rationem aestimandi vires motrices“, in: D. PAPIN, *a. a. O.*, S. 94–111.

ne sçauroit estre trop bien eclaircie: et, en cas que Je me sois trompé, J'aimerois bien mieux voir decouvrir mes erreurs que de les laisser passer pour des veritez chez un grand nombre de personnes moins clairvoiantes que Vous. Au reste, Monsieur, si J'ay manqué en quelque chose à ce qui Vous est deub, Je Vous supplie d'estre persuadé que Je ne l'ay
 5 fait que par ignorance: et que J'auray tousjour[s] pour vostre merite toute l'estime et tout le respect dont Je suis capable estant,

Monsieur, Vostre tres humble et tres obeissant serviteur D. Papin.

A Monsieur Monsieur Leibnits Conseiller de S. A. E. de Hanovre. A Hanovre.

153. AUGUSTINUS VAGETIUS AN LEIBNIZ

10 Wittenberg, 22. Juli (1. August) 1695. [147. 178.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 949 Bl. 35. 2°. 1 S. Eigh. Aufschrift. Siegel.

Illustrissime Vir Patrone Summe

Prodromum praesentem ea qua par est observantia ablegare operae pretium duxi secuturus quamprimum. Feria septima hujus hebdomadis hinc me abiturum spero, nisi
 15 tardior adfuerit numus. D^{no} de Frankenaw per literas confestim nuntiavi, quae imperabas nuperrime. Jam per amicum rescisco, ipsum Lubeca per mare Hafniam petiisse.

Deprecor humilime incomptum scribendi genus, quippe tempus nacto post habitam hodie demum dissertationem Tabellarius moram omnem denegat. Persevero interim

Tui Summi Nominis Cultor indefessus Augustinus Vegetius.

20 Dab. Vitem. d. 22. Jul. A° 1695.

A Monsieur Monsieur Leibnitz Conseiller d'Etat de S. A. El. de Brunsvic à Hannover

Zu N. 153: Die Abfertigung, die auf N. 145 antwortet, folgt N. 147 und wird gefolgt von N. 178. Beilage zu N. 153 war wohl ein nicht gefundener Brief von Vegetius, der vermutlich an Dransfeld gerichtet war; vgl. I, 11 N. 418. 14 FERIA SEPTIMA: Samstag, der 6. August 1695. 15 LITERAS: nicht ermittelt. 16 AMICUM: nicht ermittelt. 18 DISSERTATIONEM: *De columnis aeneis templi Salomonis . . . Praeses M. Augustinus Vegetius, Respondente Francisco Joanne Gerdes . . . Die XVIII Julii 1695*, 1695.

154. LEIBNIZ AN JOHANN BERNOULLI

Hannover, 29. Juli (8. August) 1695. [150. 157.]

Überlieferung:

- L* Konzept: LBr. 57,1 Bl. 40–41. 1 Bog. 2°. 4 S. Eigh. Anschrift: „Ad Cl. Johannem Bernul-
lium“.
- l* Abfertigung: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 19 Bl. 19–20. 1 Bog. 2°. Papierschäden, Text-
verlust. 4 S. von C. J. Dannenbergs Hand mit Korrekturen und Ergänzungen von Leibniz’
Hand (*Lil*). (Unsere Druckvorlage)
- A* Abschrift von *l*: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 20 S. 41–48. 4°. 7½ S. besorgt von Joh. Jak.
Burckhardt.
- E* Erstdruck nach einer unbekanntem Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 82
bis 88 (teilw.). — Danach (mit Ausnahme der in *E* fehlenden Passagen, die teilweise nach
L gedruckt sind): GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 205–211 (teilw.).

Vir Celeberrime, Fautor Honoratissime

Cum Te discessum e patria meditantem oporteat occupatissimum esse rebus ne-
cessariis et propriis, intempestivum imo iniquum foret ingerere Tibi aliena et pertinentia
ad internum illud mentis theatrum quod extranea quiete indiget. Itaque pleraque hujus
epistolae differas licet dum vacabit examinare. Tantum scribo tuisque heri acceptis sta-
tim respondeo inexpectatae illius difficultatis causa quam de libris Basileam mittendis
objecisti. Unde sequitur nec Bibliopolis vestris liberum fore commercium librorum ex
Germania, si non sit integrum ipsis mittere eos deinde quo velint. Verendum etiam est,
ne pari cautione opus sit in his quae Francofurto ad vos deferrentur, neve omissa illa
libri sint in periculo simili quare rogo ut inquiras tum in hoc, tum et in pretium vecturae
Francofurtensis. Et si forte mature Tibi discedendum sit, rogo amicum aliquem mihi no-
mines, per quem confici talia possint, et qui mecum de his communicare non aspernetur,

16 imo iniquum *erg. L* 16 aliena (1) et ad curiositatem potius referenda (a) vel ad meditationem
bricht ab (b) vel (2) et pertinentia *L* 17f. itaque pleraque ... examinare *erg. L* 18f. tuisque ...
respondeo *erg. L* 23 inquiras (1) paulo accuratius simulque cognoscas (2) tum in hoc *L*

Zu N. 154: Die Abfertigung antwortet auf N. 150 und wird beantwortet durch N. 157.

sumtus literarum libenter feram et quia non possunt uno impendio ad vos literae curari, restituam.

De me in itinere adeundo non erit cur sis sollicitus, quoniam ubi Groningae eris, satis ad ea sese per otium occasio dabit, cum non adeo magno hinc intervallo tunc sis abfuturus.

Itaque quanquam non facile venire huc possit hospes gratior, ferenda tamen est mora necessaria. Ubi ad Ill^{mum} Hospitalium perveneris, cultum a me Tuo quaeso testimonio confirma. Mirum est solum Ipsum in Gallia in Geometriae profundiora penetrasse, dum tot alii qui ab his studiis etiam praesidia vitae petunt, inter vulgares notitias torpent. Itaque magna nobis ab ejus ingenio adhuc promitto.

De Medicina optarim ut sis sollicitus, vel Tui ipsius causa, non quasi ego Te velim ad praxin illam fastidiosissimam damnari, sed quod putem meditando a Te magna quaedam erui posse ad interiora naturae cognoscenda quibus praxis ipsa juvetur. Nam quae hactenus Cartesius vel alii in physicis dedere, parum admodum ad usum faciunt.

Mathematicis nolim ut nunc mentem occupes, volo tamen paucis tangere loca literarum tuarum, quae id postulare vident[ur; d]e quibus aliquando cogitabis cum plus otii nactus eris. Ubi comparisonem illam inter polynomii potentias et rectanguli differentias porro prosecutus fueris spero te nos reperta Tua ignorare non passurum. Ego quoque per otium de re tanti momenti cogitabo. Elegantissima interim methodi hujus nostrae mirabilis, confirmatio novo hoc seriem Tuam procudendi modo sese prodit. Quod difficultatem attinet lineae unius continuae ex circulari et cycloidalis compositae, non puto nos ea re turbari debere, cum revera u n i u s l i n e a e perfecta generalisque notio non detur quae vetet partem ipsius A , uniri cum parte ipsius B , et quae naturae sunt diversissimae certis describendi modis saepe unam componant. Ubi suo Tempore Tibi vacaverit, gratum erit nosse paulo distinctius quae contra Dⁿ. Craigium ad Dⁿ. Marchionem Hospitalium scripseris.

1 non possunt literae uno impendio ad vos liberae curari *L* 5 hospes Te gratior *L* 13 ad (1) praxin (2) usum *L* 15 f. de quibus . . . nactus eris *erg. L* 16 inter (1) rectangulorum (2) polynomii potentias *L* 17 f. Ego quoque . . . cogitabo *fehlt L, erg. Lil* 19 mirabilis *erg. L* 22 f. detur et quae natura sunt diversissimae *L, ändert Lil* 22 quae vetet . . . ipsius B *fehlt L, erg. Lil* 23 certis | aliquando *erg. u. gestr.* | describendi modis | saepe *erg.* | unam *L*

25 scripseris: vgl. Bernoullis Brief an L'Hospital vom 13. Mai 1695 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 282–288).

Cogitandum puto annon omnes lineae Transcendentes sint simul percurrentes. Licet nondum id nobis semper sit exploratum, quemadmodum certe omnium illarum quae a circuli et Hyperbolae quadratura pendent, no[ta nobis est] ratio percursus. Artis jam foret simile quiddam et in aliis invenire. Estque id ipsum ex meis desideratis unum, quae Vobis Valentioribus perspicacioribusque commendo. 5

Quod controversiam de Radicibus osculi attinet, scito me jam dedisse manus et ante dies complures iis quae Frater Tuus Vir Egregius responderat, olim perfunctorie sed nunc occasione praecedentis Epistolae Tuae curatius inspectis, omnino deprehendisse verissima ejus monita fuisse: jamque Dⁿ. Menckenio scripsisse ut retractationem meam inserat *Actis*, quo frater tuus candorem meum intelligat. Vereor enim ne sequius de me existimaverit quem forte credidit palliare errorem voluisse. Cum tamen dilatae agnitionis non alia fuerit causa quam distractio animi, longe diversa studia plerumque volventis. Hoc rogo ut ei cum salute [a me] significes. Nullas equidem hactenus ab eo accepi literas, sed tamen nec velim [ipsi] laborem scribendi fortasse ingratum imponi. 10

Si rationem invenires determinandi quae Curva sit rectificabilis vel per se vel saltem cum circuli arcu rem maximi momenti in hoc negotio praestares. Itaque hortandus es, ut hujus meditationis ne obliviscaris. 15

Aliquid egregium dedisset Dⁿ. Tschirnhausius si ostendisset modum data linea Algebraica inveniendi ejus focos, seu modum describendi lineam per fila circa quaedam puncta fixa per convergentes aut divergentes aut vicarias iis parallelas aut ostendendi impossibilitatem. Equidem potest eo perveniri si calculo deducamus curvas ex focis et aequationes ad curvam inventas comparemus datae, sed ego optarem Methodum directiorem et breviorum. Modus quo ipse percurrentes cum Algebraicis comparat, coactus est, et in speciem detortus. Ego majores ex nova libri ejus editione progressus expectabam. 20


12 qvam (1) praeoccupati animi (a) ad alia (b) distractio qvae (2) distractio animi L 20 f. aut ostendendi impossibilitatem erg. L 24–468,1 expectabam. (1) Unum restat ut de penetratione (2) Praeclara tamen L

7 responderat: vgl. Jac. BERNOULLI, *Additamentum ad solutionem curvae causticae*, in: *Acta erud.*, März 1692, S. 110–116 und Leibniz' Entgegnung *Generalia de natura linearum, anguloque contactus et osculi*, in: *Acta erud.*, Sept. 1692, S. 440–446. 9 scripsisse: der Brief von Ende Juli oder Anfang August 1695 wurde nicht aufgefunden. 9 retractationem meam: LEIBNIZ, *Addenda ad Dn. G. G. L. Schediasma*, in: *Acta erud.*, Aug. 1695, S. 369–372. 24 nova libri ejus editione: E. W. v. TSCHIRNHAUS, *Medicina mentis*, 1695.

Praeclara tamen in physica experimentalis observasse puto quae vellem ut ederet potius quam Geometricis solis immoraretur, in quibus mihi optimas vias ingredi non videtur, dum commodas meditando rationes ab aliis monstratas evitare affectat.

Nunc venio ad controversiam inter nos agitari coeptam de aestimatione potentiae motricis, speroque nos rectissimam viam Terminandae ejus ingressos, per penetrationem scilicet in medium Elasticum aliterve aequaliter ubique resistens. Sed opus est ut rem ordiar paulo altius. Ajo igitur in universum artem aestimandi in eo consistere, ut omnia reducamus quoad licet ad mensuram quandam congruam cujus simplici repetitione sit opus ut in numeris est unitas. Itaque concipiamus jam corpus B in medio liberrimo sine ullo impedimento moveri certa velocitate ut A et successive aliquot globis inter se aequalibus et ejusdem materiae nempe L, M, N etc. eundem dare gradum velocitatis, ut E atque hoc effectu eoque solo peracto conquiescere omni vi agendi amissa et huc impensa; tunc dico unum ex globis motum celeritate E , quam accepit, posse haberi pro mensura potentiae, Et cum omnium globorum $L, [M,] N$ aequalis sit potentia et aggregatum potentiae omnium id est totus effectus causae Toti, seu potentiae corporis B , in hunc quippe effectum impensae aequetur (quod unum suppono, sine quo nulla erit possibilis virium aestimatio) sequetur potentiam corporis B velocitate A praediti exprimi per potentiam globi L moti velocitate E , numero globorum multiplicatam seu potentiam corporis B esse ad potentiam globi L , ut numerus globorum est ad unitatem. Hinc porro si aliud sumatur corpus C motum celeritate H quod itidem vim suam exacte consumat in globorum dictorum numerum certum, dando cuivis velocitatem E tunc dicam ego potentias corporum C et B ita esse inter se ut sunt numeri globorum aequalium in velocitatem E concitatorum. Sed jam pro globis aequalibus certa velocitate praeditis assumamus alios effectus aequales repetitos. Ex. gr. certa pondera ad certam altitudinem elevanda dico nos eam proportionem potentiae quam per viam praecedentem globorum


2 solis *erg. L* 12f. et huc impensa *erg. L*



pure Mechanicam, nihilque physicum involventem consecuti sumus, etiam consecuturos si jam gravitatem adhibeamus, nempe finge λPL normam seu angulum rectum ita ut pertica λP sit verticalis et PL horizontalis sustinens grave L idemque esse in normis μQM , νRN , etc. sustinentibus gravia M et N , quae gravia sint aequalia et per omnia similia inter se, seu globi, qui ante; et normae sint etiam per omnia sese eodem modo habentes ita ut λ , μ , ν sint in eadem recta horizonti parallela, et L , M , N itidem in eadem; patet corpus B incurrens successive in pertic[as], $P\lambda$, μQ , νR quas fingimus esse lineas rigidas, ponderis et resistentiae expertes, elevare hos globos graves L , M , N , ad eandem altitudinem, veluti L ad altitudinem $L(L)$ unde globus L elevatus ad (L) et delabens per arcum $(L)S$, deveniet in Horizontem TS , vel LQM ibique procurret ea velocitate quam postulat descensus altitudo, et quam adeo dedit ipsi corpus B , elevando, idemque erit in caeteris M , N , adeoque perinde est ac si aestimemus numerum gravium aequalium ad eandem altitudinem elevatorum an vero numerum corporum aequalium eandem velocitatem nactorum; Si scilicet tantus sit ascensus ut praecise illam velocitatem producere possit. Unde intelligitur posse nos tuto adhibere gravium aestimationem [ad] aestimandam potentiam. Est autem gravitatis consideratio pulchre apta [ad] hanc aestimationem, quia in homogeneas partes commodissime dividi potest. Finge scilicet B consumere potentiam suam incurrendo in duas perticas λ et μ , sed C incurrendo tantum in unam λ , utique dupla erit potentia ipsius B , at potentia ipsius C erit tantum simpla. Hinc patet potentiam ipsius B , quae elevat duas libras L et M ad altitudinem unius pedis (si (L) vel (M) ponamus pedali altitudine esse super horizontem LM) esse duplam potentiae ipsius

5 f. et normae ... in eadem erg. L 14 f. Si scilicet (1) omnem vim ascensu quaesitam in velocitatem impendi ponamus (2) tantus sit ... possit L

C quae elevat solum unam Libram L ad altitudinem unius pedis. Similiter etiam hinc sequitur potentiam quae elevat libram ad duos pedes esse duplam potentiae quae elevat libram ad unum pedem. Nam finge B , grave L elevatum incursum ipsius B in normam λ , tradi in (L) ipsi normae μ , facili quadam connexionione seu machinatione ut ejus ope rursus
 5 tantundem elevetur, ubi B in μ incurrerit; patet B non minus integram suam vim consumere hoc modo quam ante, nihil enim refert sive (L) sive M ad pedem secundo incursum elevet cum a normae ipsius, machinationisve resistentia animus abstrahatur. Ita[que] potentia ipsius B consumitur in elevationem ipsius librae ad pedes duos, Unde s[eq]uitur porro etiam ejusdem potentiae esse elevare libram ad duos pedes cujus est elevare duas




10 libras ad pedem unum. Jam veniamus ad Elastra seu ad medium Elasticum vides facile quo tendam, nempe finge $L\lambda[,] M\mu[,] N\nu$ esse elastra aequalia et similia eodem modo tendenda pro cursu mobilis B utique (ex principio aestimandi nostro) potentiam ipsius B aestimabimus numero Talium elastrorum aequaliter tendendorum, totam ejus potentiam in hoc unum consummentium. Pono autem ejusdem potentiae esse Elastrum aliquod
 15 tendere et grave quoddam attollere ad altitudinem ex qua cadens id ipsum Elastrum sic tendere possit, sive ejusdem esse potentiae Elastrum aliquod mediate vel immediate ad determinatum tensionis gradum producere: Ex principio scilicet nostro, quod Effectus integer suae causae aequipolleat, seu quod aequipollentia sint quae idem possunt. Hinc necesse est, ut pro Elastris substitui possint pondera, aut vice versa. Itaque ut nunc ad
 20 id veniamus de quo proxime inter nos agebatur, necesse est corpus B habens celerita-

3 ipsius B , (1) ope perticae normae λ (2) in normam λ L 6 secundo incursum *erg.* L 7 animus
erg. L 9 pedes, (1) vel (2) cujus est L 17 gradum perducere L

11 finge: Die geklammerten Bezeichnungen in der Figur sind nach L ergänzt.

tem ut duo[,] quadruplo altius penetrare posse in medium Talibus Elastris aequabiliter disseminatis instructum quam corpus aequale D habens celeritatem ut unum. Nam si corpus D potest attollere unam libram ad altitudinem [unius] pedis potentiam scilicet suam consumendo, poterit corpus B duplae celeritatis attollere unam libram ad quatuor pedes[,] vel quatuor libras ad unum pedem vel ut utrum[que u]na locutione complectar 5 poterit quater attollere unam libram ad unum pedem, antequam vim suam consumat; vel quod idem est si unum elastrum possit intendi lapsu librae ex pede consequens est B celeritate dupla posse quatuor elastra intendere, si D aequale celeritate simpla tantummodo intendat unum. Ha[e] ratiocinationes semper sibi respondent et satisfaciunt. Si vero non procederent et alia proportio virium inter duo corpora datae celeritatis oriretur 10 consumendo ipsa in Elastris intendendis quam prodiret in ponder[ibu]s attollendis aut in motibus imprimendis, caderet tota scientia dinamica, seu impossibile esset vires aestimare imo potentia non esset quantitas certa [sed] quiddam vagum et absonum. Ex his autem facile judicabis [non] posse locum habere quod in Tua demonstratione nescio unde assumitur retardationes mobilis in quovis elastro esse proportionales numero Elastrorum 15 jam superatorum. Revera enim in quovis elastro aequalem potentiae suae partem mobile perdit, non tamen eundem gradum velocitatis, ut facile ex dictis judicabis. Nam etsi duo corpora aequalia et aequivelocia duplo plus possint, quam unum ex ipsis non tamen unum, duplo velocius, ideo duplo sed quadruplo potentius est eo, cujus velocitas simpla est nec proinde vires (secundum nostram notionem) neque adeo virium diminutiones in 20

9f. unum. | Hae ratiocinationes semper sibi respondent | et satisfaciunt *erg.* | *erg.* | Si vero L
 13f. vagum (1). Unde vides lapsi sunt Cartesiani et inprimis R. P. Malebranchius, cum crediderunt,
 Leges motuum esse in divinae voluntatis arbitrio (2) et absurdum (3) et absonum. Ex his autem L
 14 Tua (1) figura (2) demonstratione | nescio unde *erg.* | L



eodem corpore, sunt ut velocitates. Hinc autem retinendo figuram Tuam atque au-
gendo, [po]sito quodlibet medii punctum esse uniformiter elasticum si AC sit spatium
[perc]ursum, CF elasticitas superata, fore CH potentiam amissam, applicatam trianguli
 BAP ; at CE velocitatem residuam, fore applicatam parabolae cujus vertex B non D ut
5 in tua figura. Sed haec fusius explicui, ut aliquando per otium examines. Res enim magni
satis momenti est.

Caeterum si ad Tua priora nuper respondere visus sum solito excitatius hoc studio
augendi utriusque nostrum attentionem factum Tibi facile spero re considerata persua-
debis. Ego facillime objectiones fero, a Te vero adeo non refugio, ut potius expetam, quod
10 sciam mihi fructuosas esse solere praesertim ubi animum intenderis. Et quanquam in re
diu a me considerata aliquid praestitisse sperem, facile tamen agnosco, eo Te ingenio esse

5 figura. | Hinc jam si idem mobile celeritate feratur dimidia prioris, nempe celeritate $A\delta$, patet
id utique tantum penetraturum in β , ita ut $A\beta$ sit quarta pars ipsius AB . Nam portio parabolica $\beta A\delta$
congruit ipsi BLM . Quoniam quando mobile celerius pervenit ab A ad L , et in L celeritatem habet prioris
dimidium, eodem modo pergit per LB quo mobile dimidiae celeritatis per $A\beta$. Sunt autem BL ad BA
in duplicata ratione LM ad AD hinc si sit LM vel $A\delta$ dimidia ipsius AD erit BL vel $A\beta$ ipsius AB
pars quarta *erg.* | Sed haec L ; diese *Ergänzung hat Leibniz inhaltlich in l im zweiten Absatz des P.S.*
wiedergegeben 8 nostram l , ändert *Hrsg.*

ut diuturnos labores nostros brevi non aequare sed et vincere possis. Puto autem dynamicum negotium a Te festinatius tractatum fuisse, quod omnia tam pulchre determinata haberi posse, quam mihi deprehendere visus sum, non suspicabar. Quod superest vale et ubicunque sis me ama, et felicibus utere fatis.

deditissimus

5

Dabam Hanoverae 29 jul. 1695

P. S.

Incomparabilem Hugenum obiisse, haud dubie intellexisti. Quanta haec sit jactura dici satis non potest ob summum viri iudicium, cum maxima profundissimaque rerum notitia conjunctum. Utinam, quemadmodum spero reperiantur in ejus Schedis ex quibus pars eorum quae meditata est erui et publico [com]modo produci in lucem possit. Dolendum est quod vis morbi quae mentem obfuscaverat, non permisit ut ipse quod optimum visum fuisset, ea de re statuerit atque ordinaret. Nisi forte (ut fieri solet) paulo ante mortem ad se redi[it] ultimamque voluntate[m] suam aperuit. Quod si factum e[st], non diu latebit.

Id unum pro figura novissima addere oblitus sum, si idem mobile celeritate feratur dimidia prioris nempe $A\delta$; id utique penetraturum tantum usque ad β , ita ut $A\beta$ futura sit quarta pars ipsius AB parabola enim $\beta\delta$ congrua est cum portione BM ipsius BED . Eadem scilicet est parabola, loco tantum differens quam corpus idem tardius celeriusve in Elasticum medium penetrans celeritatibus suis repraesentat, sed tardius partem minorem parabolae [celer]iore repraesentatae. Nempe ubi celerius ab A pervenit ad L , eodem modo pergit ab L usque ad B quemadmodum pergeret tardius ab A usque ad β . Unde patet si $A\delta$ vel LM sit dimidia ipsius AD , fore BL vel $A\beta$ partem quartam ipsius AB , ut fuit assignatum.

G. G. Leibnitius

1 aequare tantum sed et vincere L 3 non suspicaveris L 5–23 deditissimus ... assignatum
fehlt L, erg. Lil 18 differens (1) ut patet quia corpus celerius continuata penetratione tandem
reducitur ad celeritatem tardioris adeoque (a) ultima pars ipsius toti congr *bricht ab (b)* motus ipsius
toti priori congruit (2) quam corpus Lil 19 penetrans (1) describit, sed tardius describit partem (2)
celeritatibus ... partem Lil

8 intellexisti.: Bernoulli erhielt die Nachricht von Joh. Braun mit dessen Schreiben vom 16. Juli 1695 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 416–417). Aus Bernoullis Brief an L'Hospital vom 26. Juli 1695 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 298–303) ergibt sich, dass Brauns Brief mindestens 10 Tage benötigte, um den Empfänger zu erreichen.

155. LEIBNIZ AN DENIS PAPIN

[Hannover, Anfang – Mitte August 1695]. [152. 156.]

Überlieferung:

L^1 Konzeptbruchstück: LBr. 714 Bl. 20–21. 1 Bog. 8°. 3 $\frac{1}{3}$ S. (Unsere Druckvorlage) — Gedr.: PAPIN, *Ouvrages* 7, 1893, S. 150–152.

L^2 Konzept: LBr. 714 Bl. 18–19. 2 Bl. (früher 1 Bog.) 2°. 1 S. (Bl. 18 r^o). Auf diesen Blättern befindet sich auch L^3 . Eigh. Anschrift. — Gedr.: PAPIN, *Ouvrages* 7, 1893, S. 145–147.

L^3 Konzept: LBr. 714 Bl. 18–19. 2 Bl. (früher 1 Bog.) 2°. 1 $\frac{1}{2}$ S. (Bl. 18 v^o – Bl. 19 r^o). Auf Bl. 18 r^o befindet sich L^2 . (Unsere Druckvorlage) — Gedr.: PAPIN, *Ouvrages* 7, 1893, S. 148 bis 149. L^3 dürfte unmittelbar im Anschluss an L^2 niedergeschrieben worden sein, wie der grafische Befund erkennen lässt. Auch wird L^3 in der ersten Fassung von L^2 angekündigt. Später hat Leibniz die entsprechende Passage von L^2 umgearbeitet und offensichtlich von der Übersendung des Textes von L^3 Abstand genommen.

l Reinschrift von L^2 : LBr. 714 Bl. 22–23. 1 Bog. 4°. 3 S. von unbekannter Schreiberhand, Korrekturen u. Schluss von Leibniz' Hand (*Lil*). (Unsere Druckvorlage) — Gedr.: GERLAND, *Briefw.*, 1881, S. 204 (teilw.).

⟨ L^1 ⟩

Monsieur

Je vous remercie tres humblement du present de vostre bel ouvrage, et je chercheray le moyen d'en faire tenir à M. Guglielmini l'exemplaire que vous luy destinés.

Il me semble que vous ne desapprouvés pas mon principe qui consiste dans l'égalité de la cause et de l'effect, sur le quel est appuyé ma maniere d'estimer la puissance. Car ce qui peut elever trois fois une livre à un pied ou bander egalement trois ressorts egaux, ou donner un meme degré de mouvement à trois corps egaux, a le triple de la puissance (selon mon sens), de celuy qui ne peut faire qu'une de ces choses. Et de

Zu N. 155: Die nicht gefundene Abfertigung dürfte Beilage zu einem (ebenfalls nicht gefundenen) Schreiben an Haes von August 1695 gewesen sein. N. 155 antwortet auf N. 152 vom 28. Juli und wird durch N. 156 vom 1. September beantwortet. Die Datierung basiert auf der Annahme, dass N. 155 vor Leibniz' Aufenthalt in Braunschweig und Wolfenbüttel (ab 23. August) in Hannover abgefertigt wurde. 19 present: Leibniz hatte zwei Exemplare von D. PAPIN, *Fasciculus dissertationum de novis quibusdam machinis*, 1695 als Beilage zu N. 152 erhalten. 20 faire tenir: Das für Guglielmini bestimmte Exemplar erreichte den Adressaten nicht; vgl. N. 242. 21 vous ne desapprouvés pas: vgl. „Synopsis controversiae authoris cum celeberrimo viro Domino G. G. L circa legitimam rationem aestimandi vires motrices“, in: D. PAPIN, *a. a. O.*, S. 94–111.


cela il s'ensuit, qu'il se conserve tous jours la meme p u i s s a n c e prise en ce sens là, autrement la cause et l'effect ne seroient point egaux. Or cette conservation n'estant pas toujours compatible dans les corps sensibles avec la conservation d'une même quantité de mouvement ou de la p u i s s a n c e prise au sens vulgaire, la ressource que vous prestés aux Cartesiens est de dire que c'est une matiere insensible (qui en effect est necessaire pour expliquer la gravité et le ressort) dans la quelle se trouve cette conservation de la quantité de mouvement, qui sans cela paroist perdue. Je vous supplie de me dire (quand vous en aurés le loisir), si j'ay bien compris vostre sens jusqu'icy. 5

Cependant puisque dans les corps sensibles (faisant abstraction de quelques accidens) les loix geometriques de la conservation de la puissance selon ma definition se conservent assez exactement on aura sujet de s'étonner, que les loix de la quantité de mouvement ne s'observent point, si elles sont aussi bien fondées en raison, que les autres. Il est vray que si on en estoit asseuré d'ailleurs je dirois, qu'il faudroit avoir recours avec vous à quelque maniere insensible par la quelle la nature a supplée ce manquement. Mais ce n'est que par une certaine convenance qui n'est point fondée dans l'experience, et encor moins dans la demonstration qu'on s'est formé cette maxime de la quantité du mouvement. Car vostre raisonnement (p. 96 de vostre dernier ouvrage) au quel vous dites que je n'ay point satisfait directement, suppose à mon avis ce qui est en question, comme je crois vous avoir marqué: vous dites que la puissance motrice doit estre estimée par la resistance capable de la detruire. Et j'y consens. Mais lors que vous adjoutés, que la resistance doit estre estimée par le nombre des percussions que la matiere qui cause la gravité fait sur un corps pesant qui ascend, je n'y consens point. Non plus que lors que vous avés voulu estimer la resistance par le nombre des degrés de vistesse que le corps pesant perd durant la montée (ce qui est en question[]), il ne suffit pas de compter les percussions. Et il estoit à vous Monsieur, de prouver cela par un argument réglé, 25

4 ou de la p u i s s a n c e prise au sens vulgaire *erg* L^1 14 maniere (1) inconnue (2) insensible L^1
 15 qui n'est (1) fondée ny en rais *bricht ab* (2) point fondée dans l'experience L^1 19 puissance (1)
 de la force des (2) motrice L^1 25–476,1 percussions (1), puisqve (2) mais selon moy, il faut estimer
 l'effect nouveau qui se produit dans le percutiant à chaque percusion, et la somme des puissances (a)
 pour estimer combien (b) qu'il souffre, mais (3). Et il estoit à vous (a) de le prouver pour achever vostre
 demonstration (b) Monsieur, de prouver ... vostre demonstration L^1

19 avoir marqué: vgl. z.B. III, 5 N. 76, die Beilage zu Leibniz' Schreiben an Papin vom 11. Mai 1692 (III, 5 N. 75) war. 19f. vous dites ... adjoutés: D. PAPIN, *a. a. O.*, S. 96–98.

pour achever vostre demonstration. Selon moy, pour sçavoir combien le corps à qui on resiste, perd de sa puissance à chaque choc, il ne suffit pas de faire le denombrement des chocs, mais il faut considerer quelle puissance nouvelle se produit dans [la] matiere qui choque ce corps susdit. Et la grandeur de cette puissance nouvellement produite est celle



5 que le corps a perdu. Par exemple si le corps A bandoit egalement en passant les ressorts egaux B, C, D, E , sans faire ou souffrir autre chose il perdrait une force egale à chaque rencontre; parce qu'il produiroit chaque fois la meme force nouvelle, et l'effect estant tousjours egal à la cause, il perd autant de force, qu'il en produit. Mais si nous
10 supposons que le corps A , estant dans son mouvement, rencontre en chemin des petits globes, qui le choquent avec une vistesse tousjours egale, je nie, que la perte de la force à chaque choc est egale. Et quand on concevrait que la rapidité de ces petits globes est incomparablement au dessus de celle du corps, comme vous le prenés alors il sera
15 seulement vray, que le corps choqué perdra à chaque choc un meme degré de vistesse; comme je demeure aussi d'accord qu'il s'en perd egalement icy selon vostre definition de la puissance, c'est à dire lors qu'on la prend pour la quantité du mouvement: ce qui se demonstre encor par mon principe de l'egalité de la cause et de l'effect. Mais je ne
20 vous accorde nullement pour cela, qu'il se perd autant de puissance à chaque choc, selon la definition de la puissance que je viens de donner. Et je crois que vous en demeurerez d'accord. Comme vous voyés vice versa que dans la rencontre des ressorts, le corps perd une egale quantité de puissance à chaque choc, selon ma defi

$\langle L^3 \rangle$


Monsieur

Il me semble que vous ne desapprouvés pas mon principe, qui consiste dans l'egalité de la cause et de l'effect En sorte que l'effect entier puisse tousjours

5 egalement *erg.* L^1 5–7 les ressorts (1) B, C, D, E , (2) egaux B, C, D, E , (a) il perdrait une force egale à chaqve choc, par (b) sans faire ... chaqve rencontre L^1 10 choquent | d'un nombre egal en temps egaux *erg. u. gestr.* | avec une vistesse L^1 13–16 de vistesse | (1) ce qvi seroit la meme force selon vostre definition; mais (2) c'est à dire une force e *bricht ab* (3) qvoqv'il soit tres vray aussi (4) comme je demeure ... du mouuement *erg.* | ce qvi se demonstre L^1 17f. chaqve choc. (1) Comme vous voyés reciproquement (2) selon la definition L^1 , *ändert Hrsg.*

reproduire sa cause, si l'occasion le porte et rien de plus; et qu'il n'y ait jamais ny exces capable de produire le mouvement perpetuel mecanique, ny diminution non plus; Ainsi voilà l' *Axiome* fondamental de mes raisonnemens.

Maintenant je forme aussi une definition nominale, et comme il m'est permis de donner à la puissance un sens à ma commodité; je diray, que j'entends par la *Quantité de la puissance* ce qui se determine par le nombre des repetitions d'un même Effect violent, voilà donc ma *premiere definition*. Et j'appelle *Effect violent*, celui dont la production assez souvent repetée est capable de detruire le mouvement dans celui qui le produit. Et quand je parleray icy de Cause et d'Effect, je l'entendray tel que je viens de dire. Et voilà ma *seconde definition*. Ainsi si un corps *B* allant d'une vistesse *A* donne à un certain nombre de globes egaux comme




L, M, N, etc. à chacun un même degré de vistesse sçavoir la vistesse *E*, et que par là le mouvement du corps *B* se trouve exactement détruit, sans qu'il ait produit quelque autre effect, et sans qu'il en puisse encor produire; je diray alors que la puissance d'un des globes *L*, allant avec vistesse *E*, servira de mesure, ou d'unité, et le nombre des globes ou la repetition de cette unité, sera la quantité de la force du corps *B*. Et s'il y avoit un autre corps *C*, qui consumât son mouvement, en donnant la meme vistesse *E*, a un autre nombre de ces globes, je dirois selon ma definition, que les puissances des corps *B*

1 et rien de plus *erg.* L^3 1 f. jamais (1) ny mouuement perpetuel mecanique, ny ce qvi (2) ny exces ... ny diminution L^3 2 f. non plus; (1) si tout effect (2) cela posé, il me sera permis de faire une definition de la puissance, et de (a) dire (b) la definir par l'effect (3) Ainsi violà ... raisonnemens L^3 5 f. je diray, qve (1) la *P u i s s a n c e* est la qvantité des effects (2) j'entends par la *Qvantité* de la puissance ce qvi (a) s'exprime (b) se determine par le nombre des (aa) effects (aaa) congruens entre eux, dont la production est capable d'absorber (bbb) violens (ccc) congruans ou entierement conformes eux (bb) repetitions L^3 7 violent, | voilà ... *d e f i n i t i o n* *erg.* | Et L^3 11 f. nombre de (1) corps à chacun un même degré de vistesse, et qve par là (2) globes egaux ... par là L^3 14–16 produire; (1) j'exprimeray (2) je diray alors qve (a) la qvantité de la puissance du corps B, mû avec vistesse A, sera exprimée par la puissance du corps L, mû par (b) la puissance ... du corps B L^3

et C sont entre eux comme les nombres de ces globes. Et si au lieu de globes à mettre en mouvement, on prendroit des poids egaux que le corps B eleveroit à son passage, chacun à une même hauteur, et consumeroit ainsi precisement sa force, ce seroit la même chose suivant nostre axiome, puisqu'en effect ces poids descendans de cette hauteur peuvent

5 acquérir chacun cette vistesse E .



Il en seroit autant, si au lieu de mobiles, ou de poids, on prenoit des ressorts egaux et également bandés par le passage du mobile B . Puisque le globe L mû avec une certaine vistesse, ou descendant d'une certaine hauteur, est capable de bander precisement un certain ressort, sans faire plus ny moins. Ainsi par nostre axiome, il n'importe point, si la

10

mesme de la puissance soit, ressort, poids, ou un mouvement donné dans un mobile donné; ou quelque autre effect qu'on voudra. Et on trouvera tousjours les mêmes proportions entre B et C par exemple; car si cela n'estois point; et si nostre Axiome n'estoit point veritable, il n'y auroit pas moyen d'estimer Et nostre definition nominale de la quantité de la puissance n'auroit point de realité.

15

Selon nos definitions et l'Axiome susdit; il s'ensuit manifestement, qu'il se conserve tousjours la même quantité de puissance. Autrement il est bien visible, qu'il y auroit, ou le mouvement perpetuel mecanique ou son contraire, c'est à dire un dechet de puissance mecanique. Et je crois, Monsieur, que vous ne voudrés ny de l'un ny de l'autre.

4 svivant nostre axiome *erg.* L^3 5–9 vistessse E , (1) et svivant (a) l'axiom *bricht ab* (b) nostre axiome l'effect et la cause (2) Il en seroit . . . nostre axiome L^3 9 sans (1) pouuoir faire (2) faire L^3 9 axiome, (1) l'un est peutestre pris pour l'autre. Et il y aura (2) il n'importe point L^3 11 effect | violent *gestr.* | qv'on voudra L^3 13 d'estimer (1) les puissances. Et *quidvis produci posset ex quovis* (2) Et nostre L^3 15 susdit; (1) je puis prononcer cet Axiome: (2) il s'ensvit L^3 19 l'autre, | comme je juge par vostre (1) lettre à (2) reponse à M. Guglielmini p. 77, p. 78 et même par vostre synopsis de nostre controverse pag. 99 (a) Et cette égalité (b) Car (c) Et pour veu qv'on conçoive qve les corps (aa) se restitue parfaitement, (bb) elastiques se restituent parfaitement dans le choc et qv'ils sont mûs sur un plan parfaitement horizontal, on trouuera *gestr.* | L^3

⟨l⟩

Monsieur

Je vous remercie tres humblement du present de vostre bel ouvrage, et je chercheray le moyen de faire tenir à M. Guglielmini l'exemplaire que vous luy destinés. Je vous avoue, qu'en lisant l'abregé que vous y donnés de nostre controverse, je ne reconnois pas bien moy même l'idée que j'ay de ces choses. Et ainsi il sera encor plus difficile aux autres de m'y entendre. Cependant je suis persuadé que vous ne manqués n'y de sincerité ny d'intelligence, mais chacun donne les choses selon son point de veue[;] c'est ce qui me fait douter s'il sera à propos que je publie à mon tour un autre abregé de la dispute. Car je serois assureé d'avoir expliqué mon sens, mais je ne serois pas bien assureé d'avoir attrapé le vostre. Et de fait je doute encor si nous nous entendons assez sur certains points. Je vois par exemple que vous n'admettés point de mouvement perpetuel mecanique[,] c'est à dire que vous rejettés l'augmentation de la force mouvante mais je ne sçay pas encor bien si vous rejettés aussi le dechet de la force mouvante, et si vous demeurés d'accord de mon principe General de l'egalité de la cause et de l'effect mecanique. Car lors que deux boules de matiere bien dure courans sur un plan horizontal bien uni se rencontrent je tiens qu'elles ont autant de puissance (à peu près) apres le choc, qu'ils en avoient avant le choc, selon ma definition de la puissance; c'est à dire que tournant leur forces à monter, il se trouvera que leur centre de gravité commun montera quasi aussi haut apres le choc, qu'il auroit pû monter auparavant. Au lieu que leur quantité de mouvement se trouvera

5 f. je ne reconnois pas bien (1) l'idée de ces choses. Cependant je ne crois pas que vous ayés manqué ny de sincerité ny d'intelligence (2) moy même ... ces choses L^2 10 assureé (1) d'expliquer (2) d'avoir expliqué L^2 11–480,4 points. (1) C'est ce qui m'a fait (a) mettre (aa) par (bb) encor la main à la plume, et de mettre par écrit ce que j'ay joint icy. Si vous avés le loisir, Monsieur, de vous expliquer la dessus, il y (aaa) aura (bbb) ait moyen au moins de s'entendre (b) penser à mettre mes doutes par écrit pour (c) penser à mettre un jour mes doutes par écrit, et a vous les envoyer à fin, que (2) Je vois ... ayés donnée L^2 12 f. c'est à dire point (1) d'excès de l'effect sur la cause (2) d'augmentation de la force mouuante L^2 , ändert *Lil* 15 f. deux (1) corps durs (2) boules ... dure L^2 17 près) (1) avant l'effect (2) apres le choc L^2 19 commun *erg.* L^2 19 le choc *erg.* *Lil*

9 que je publie: vgl. Papins Aufforderung dazu am Schluss des Beitrags (PAPIN, *a. a. O.*, S. 110). In einer Rezension des *Fasciculus dissertationum* in den *Acta eruditorum* vom August 1695 (S. 376–382, bes. S. 380) erwähnt Leibniz die Kontroverse ohne auf Papins Argumente erneut einzugehen. 24 écrit: L^3 .

souvent changee de beaucoup; ce que vous voulés sauver, Monsieur par la compensation du mouvement fait dans une matiere insensible. Et j'en demeurerois volontiers d'accord, si je voyois aucune preuve prise de la raison ou de l'experience pour la conservation de la quantité du mouvement: du moins je ne me souviens pas que vous en ayés donnée, ny
 5 aucun autre. Si ce que je viens de dire n'est pas selon vostre sens, vous aurés la bonté de me desabuser.

[Je voy que sur la fin de vostre ouvrage vous parlés d'une nouvelle machine propre à pousser vostre bateau submarin; mais dont vous dites n'avoir pas encor fait l'experience. Je ne sçay si vous avés besoin pour cela de la compression de l'air.] Je vous diray,
 10 Monsieur, ce que je conjecture avoir esté la quinte essence de l'air du fameux Drebbel. C'estoit apparemment l'esprit de vin qu'il faisoit brûler. Car il n'y a point de liqueur qui approche d'avantage de la nature de l'air. Et peutestre que la vapeur qu'il donne sert à corriger l'air gasté par la respiration. C'est de quoy personne peut mieux juger que vous. Je m'imagine bien que cela seul ne suffiroit pas long temps sans un air nouveau
 15 de dehors. Peutestre cependant que ce moyen ne laisseroit pas d'aider. Je crois que M. Boyle m'a conté autres fois aussi bien que la fille de Drebbel que j'ay vüe à Londres avec

1 f. Ce que vous attribués à la compensation (1) d'une matiere (2) du moueuement ... une matiere L^2 , ändert Lil 4–7 donnée | il seroit bien difficile aussi de se faire une hypothese (1) capable de faire connoistre le moyen de cette compensation (2) qvi expliqvât distinctement cette compensation *gestr.* | Je voy que L^2 , ändert Lil 7–9 *Klammern Lil* 7 f. nouvelle (1) force, dont (2) machine ... mais dont L^2 8 f. l'experience. Je voudrois bien sçavoir (1) si c'est par la compression de l'air (2) si vous aues besoin pour cela de (a) comprimer (b) la compression de l'air L^2 , ändert Lil 9 l'air. (1) je crois que vous auiés fait (2) Comme vous aurés fait (a) essay de vostre maniere de menager le bois aux salines je seray bien aise d'apprendre quelqve chose de vos experiences | la dessus *erg.* | qvand il vous plaira de m'en faire part. | Et qvand vous (aa) trouuerés a propos de ne pas (bb) ne voudres faire connoistre aux autres la maniere que vous avés de faire aisement des grands tuyaux legers et egaux, j'en espere aussi quelqve lumiere *erg.* | Cependant je suis avec beaucoup d'estime (b) essay aux salines (3) je vous diray L^2 11 f. l'esprit de (1) feu allumé; car (a) je croy que rien (b) rien n'approche plus de (aa) l'air que (aaa) luy et (bbb) cette (bb) la nature de l'air (2) vin ... de la nature de l'air L^2 13–15 C'est de qvoy (1) je serois bien aise d'auoir vostre sentiment (2) personne peut ... pas d'aider *erg.* L^2 16–481,1 aussi bien que (1) Kiefler (2) la fille ... Kiefler L^2

7 vous parlés: vgl. „Navis urinariae Serenissimi Principis jussu constructae descriptio“, in: D. PAPIN, *a. a. O.*, S. 126–137 (13 S., falsche Paginierung). 10 la quinte essence: vgl. R. BOYLE, *Nova experimenta physico-mechanica*, 1661, S. 248–250. Vgl. auch III, 5 N. 78. 16 autres fois: vermutlich bei Leibniz' Besuch am 12. Februar 1673. 16 la fille: Katharina. 23 vostre maniere: vgl. „Epistola de novis artibus parcendi alimentis ignis“, in: D. PAPIN, *a. a. O.*, S. 18–37, bes. S. 32 f. 26 la maniere: Bei den Versuchen mit den Unterwasserfahrzeugen und zur Verbesserung von Ofenanlagen fertigte Papin Röhren aus Kupfer bzw. Weißblech an; vgl. D. PAPIN, *a. a. O.*

tres humblem^t, Monsieur, de m'honorer de vos commandements quand l'occasion s'en
 presentera. Pour ce qui est de ce que Vous dittes au sujet de nostre controverse Je Vous
 avoue à mon tour que Je ne vois pas en quoy J'ay pu manquer à donner l'idée que Vous
 avez eue: puis que J'ay rapporté fort clairement Vostre grande difficulté qui consiste à
 5 faire voir que si la quantité du mouvement et la force n'estoient qu'une mesme chose[,]
 on pourroit faire le mouvement perpetuel: à quoy il me semble avoir donné des responses
 assez intelligibles, et si Vous aviez eu le loisir de penser attentivement à ce que J'ay escrit[,]
 Je suis persuadé que Vous auriez éclairci Vous mesme les doutes qui Vous restent: Car
 puisque Vous avez veu, par exemple, que Je rejette l'augmentation de la force mouvante[,]
 10 il s'ensuit necessairement que J'en rejette aussi le dechet: puis que sans cela la force
 viendrait enfin à se detruire entierement: il est donc manifeste que Je demeure d'accord
 de vostre Principe general de l'egalité de la cause et de l'effet Mechanique: et ce mesme
 Principe donne donc aussi une raison pour la conservation de la quantité de mouvement:
 car la force mouvante se devant conserver il s'ensuit que la quantité de mouvement le
 15 doit aussi puis que J'ay fait voir que la quantité de mouvement et la force ne different
 point. J'espere donc, Monsieur, que desormais il n'y aura plus rien qui Vous empeche de
 donner un abregé qui puisse contribuer à l'eclaircissement du Public sur cette matiere.

Pour ce qui est de la quintessence de l'air du fameux Drebbel, Je suis fort persuadé
 que ce ne scauroit estre l'esprit de vin en bruslant: car l'experience fait voir que la flame
 20 de l'esprit de vin ne corrige point l'air gasté; mais qu'au contraire elle le gaste de plus
 en plus aussi bien que les autres flames.

Vos conjectures sur l'esprit de vin qu'on rarefie par la chaleur sont absolument
 conformes à quelques experiences que J'en ay faittes: et il ne seroit pas avantageux de
 s'en servir pour les usages dont Je parle dans mon traité parce qu'il couteroit trop.

25 J'ay appris avec beaucoup de deplaisir la mort de l'illustre M^r Hugen; mais il y
 avoit si long temps que Je n'avois que tres peu de communication avec luy qu'il m'est
 impossible de Vous donner aucun éclaircissement sur ce que Vous me demandez. Je
 souhaitterois avec passion pouvoir trouver quelqu'autre moien de Vous faire paroistre
 avec combien de respect. Je suis,

30 Monsieur, Vostre tres humble et tres obeissant serviteur D. Papin.

4 J'ay rapporté: vgl. „Synopsis controversiae authoris cum celeberrimo viro Domino G. G. L. circa
 legitimam rationem aestimandi vires motrices“, in: D. PAPIN, *a. a. O.*, S. 94–111. 24 Je parle: vgl.
 „Navis urinariae Serenissimi Principis jussu constructae descriptio“, in: D. PAPIN, *a. a. O.*, S. 126–137
 (falsche Paginierung). 25 la mort: Huygens starb am 8. Juli 1695.

157. JOHANN BERNOULLI AN LEIBNIZ

Basel, 24. August / 3. September 1695. [154. 161.]

Überlieferung:*K*¹ Konzept: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 18 Bl. 18–19. 2 Bl. 4°. 3 S.*K*² Abfertigung: LBr. 57,1 Bl. 42–43. 1 Bog. 4°. 4 S. (Unsere Druckvorlage) 5*E* Erstdruck nach einer unbekanntem Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 90 bis 93 (teilw.). — Danach (mit Ausnahme der in *E* fehlenden Passagen, die nach *K*² gedruckt sind): GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 212–216 (teilw.).

Vir Celeberrime et Amplissime Fautor Honoratissime

Publicas Vocationis literas, quod bono sit omni accepi ipso meo natali die vigesimum nonum aggrediens annum. In eo sum ut nunc quovis die relicturus sim patriam, quod sane intra octiduum fiet: Tandem uxorem induxi ut se mihi praebet comitem in itinere una cum puerulo nostro et famula; Hanc ob causam iter non suscipiemus per Galliam sed recta Francofurtum petemus. Cum advenero Groningam de adventu meo Te quantocyus certiozem reddam, ideoque responsionem Tuam eousque differas. 10 15

Vitodurani Chronicon nec apud Einsidelenses reperire est, ut ex Bibliothecarii cui ipsemet ego scripsi responsione quam Tibi mitto videre poteris. Jam tertia vice Vesionem scribi curavi, sed nihil adhuc responsi venit. Caetera quae me jussisti diligenter curavi: Iterum apud diversos mercatores inquisivi quid faciendum sit, ut merces tuto ad nos perveniant ex Germania, sed omnes unanimiter confirmant, attestatoriis illis omnino opus esse, nisi velint periculum publicationis incurrere; Quae Francofurto ad nos deferuntur, pari quidem cautione opus habent, sed ut plurimum transeunt sine attestatoriis, non quod iis non indigeant sed quod telonarii non ita diligenter inquirent: Poteris itaque 20

Zu N. 157: Die Abfertigung antwortet auf N. 154, kreuzt sich mit N. 161 und wird zusammen mit N. 167 beantwortet durch N. 169. Beilage war ein Brief des Klosters Einsiedeln an Joh. Bernoulli. 10 Publicas Vocationis literas: nicht ermittelt; sie waren Beilage zu Joh. Brauns Schreiben vom 16. Juli 1695 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 416–417). 10 natali die: Joh. Bernoulli wurde am 6. August 1667 geboren. 12 fiet: Bernoulli verließ Basel am 1. (11.) September 1695. 16 Bibliothecarii: Jodokus Reding von Schwyz (1667–1724) war höchstwahrscheinlich Mitte der neunziger Jahre Bibliothekar der Stiftsbibliothek. 17 scripsi: nicht ermittelt; ob Bernoullis Schreiben wirklich an den ersten Bibliothekar gerichtet war, muss derzeit offen bleiben, da die Beantwortung durch den Direktor der Buchdruckerei, Meinrad Fäh, erfolgte. 17 responsione: vgl. Fäh an Joh. Bernoulli, 23. August 1695 (LBr. 57,2 Bl. 259). 18 scribi curavi: nicht ermittelt.

exiguo cum periculo hac via transitum tentare neglectis attestatoriis. Vectura centenarii Lipsia Francofurtum mittendi constat 8 fl. et Francofurto Basileam 6 flor. Si vero omni periculo vacare velis, iter per Italiam suaderem; sunt enim ex nostratibus, qui eadem via utuntur, si quid ex Germania in Galliam curari volunt. Substitui amicum qui me absente
 5 omnia quae desiderabis exacte conficiet, est ille Dⁿ. Battier Med. Doctor, vir honestus et officiosus, multa eruditione pollens praesertim in philologicis et linguis, nec mediocrem etiam notitiam habet in mathematicis; calculum differentialem ex nostra manu-ductione jam multum sibi familiarem reddidit; Non dubito si alicubi locorum se occasio praeberet talentum suum collocandi, quin eam acciperet. Velim Te inter et illum commercium
 10 literarum iniri, habebis eum ad omnia officia paratissimum.

Ubi Groningae fuero, omnia tentabo ut mihi aliquando Te videndi copia detur, hoc enim unicum est quod ardentem desiderem: Si solus profecturus fuisset, multos Patronos quos in itinere adiissem mihi proposueram. Sic spe excidi perveniendi ad Dⁿ. Hospitalium; quem etiam propediem rus abiturum intelligo: Mirum non est illum solum in Gallia in
 15 Geometriae profundiora penetrasse, ideo enim tot alii qui his studiis incumbunt inter vulgares notitias torpent, quod nostra non putent esse de pane lucrando; quis unquam sordidi lucri causa literis se accingens aliquid egregii praestitit? Praeter hoc optime nosti Gallorum indolem esse omnia quae ab Exteris proveniunt inventa aspernari. Bono oportet sint signo nati Dⁿ. Hospitalius, Varignonius et pauci alii quod aequius sint animati;
 20 plurimos enim alios novi, inter quos etiam Dⁿ. De la Hire, qui aegre et indigne sane ferebant cum de nostris loqueremur, ut torvus eorum vultus satis indicabat: nescio an non me juvenem cum hominibus gravibus ita loquentem audire dedignati fuerint; ita ut inventa Tua forte ab illis benignius recepta fuissent, si praeconem habuissent graviorem.

Vix puto omnes lineas transcendentis esse simul percurrentes, omnes enim percurrentes ope logarithmicae construere possum; et hoc modo quadraturae circuli et hyperbolae imo omnium spatiorum ab invicem dependerent, quod egregium inventum esset.

Gaudeo Te nunc nobiscum in eadem esse opinione circa numerum radicum osculi; certe credideram aliud quid subesse quod ita firmiter contrariae sententiae inhaeseras,

1 exiguo cum periculo *erg.* K^1 11 aliquando *erg.* K^1 14 etiam *erg.* K^1 23 habuissent
 (1) feliciorum (2) graviorem K^1 26 imo omnium spatiorum *erg.* K^1

5 Dⁿ. Battier: Samuel Battier, Freund Johann Bernoullis und späterer Griechischprofessor in Basel. 14 intelligo: vgl. den Brief L'Hospital's an Joh. Bernoulli vom 22. August 1695 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 303–306).

saepe enim contingit ut rem diversimode considerantes, etiam eam diverso modo concipiamus, licet in puncto quaestionis conveniamus; hujusmodi controversia agitata fuit inter Clavium et Peletarium de angulo contactus, quamvis quod verius videtur neutrum ejus naturam bene percepisse crediderim. Dⁿ. Hospitalius etiam in nostram opinionem transiit et miratus est, Te in re tam clara a nobis discrepare. Fratri reduci ex acidulis retractationem hanc cum salute a Te significavi, se proxime Tibi scripturum dicit: Ex quo reversus me ex patria abiturum audiit, paulo humaniorem se gerit erga me; unde colligo quod quem odit praesentem, absentem me forte sit amaturus. Tantum abest ut ipsi ideo male cupiam, ut potius omnia lubenter obliviscar, in hunc finem nolui ipsum latere quae hactenus inter nos agitata fuere, quorum novitate non parum illum commotum sensi, praesertim eorum quae de polynomii potentiis et rectanguli differentiis comparandis invenimus; his enim plane nihil simile quid inaudierat antea.

De ratione comparandi curvas cum arcubus circularibus aliquid ad *Acta* misi: sed speculationem illam de comparandis polynomii potentiis cum rectanguli differentiis nunc prosequi plane non licet, ob plurima alia negotia quibus dstringor.

Nescio cuinam causae tribuam, quod modum Tuum aestimandi potentias motrices nondum capiam, an stupiditati ingenii mei, an vero distractionibus animi, tertium enim Te hallucinari absit ut dicam. Verissima mihi videntur principia Tua, nempe effectum integrum suae causae aequipollere; item corporis *B* cujus velocitas est *A*, potentiam mensurari debere per numerum globorum *L*, *M*, *N* etc. quibus eodem velocitatis gradu *E* impresso illud quiescit; Hinc potentiam corporis *B* velocitate *A* moti esse ad potentiam corporis *C* velocitate *H* moti ut numerus globorum ab illo, ad numerum globorum ab hoc in velocitatem *E* concitatorum: Haec, inquam, omnia concedo, imo et hoc, quod pro globis aequalibus certa velocitate praeditis assumi possint alii effectus aequales repetiti, nempe certa pondera ad certam altitudinem elevanda; et proinde duplam potentiam elevare duplo plura pondera aequalia ad eandem puta altitudinem; triplam, triplo plura; quadruplam, quadruplo plura, etc. Vel quod eodem redit si loco ponderum aequalium

3 quod verius videtur *erg.* K^1 8 forte *erg.* K^1 9 potius *erg.* K^1 26 puta *erg.* K^1

2 controversia agitata: vgl. J. PELETIER, *In Euclidis Elementa geometrica demonstrationum libri sex*, 1557 und *In Ch. Clavium, de contactu linearum, apologia*, 1579 sowie die Euklid-Ausgabe von Ch. Clavius. 13 aliquid: Joh. BERNOULLI, *Meditatio de dimensione linearum curvarum per circulares*, in: *Acta erud.*, Aug. 1695, S. 374–376.

quae successive elevanda sunt sumamus idem pondus sed quod toties elevandum sit quot fuerunt pondera, habebimus utique eundem effectum et proinde aequalem potentiam; nihil enim refert sive semper idem pondus successive novum ictum recipiat sive aliud aequale substituatur: sic facile concedo potentiam ex. gr. quadruplam elevare unum pondus
 5 quater ad eandem vel aequalem altitudinem: id est pondus illud ascendet *p e r v i c e s* ad altitudinem quadruplam, sed (in quo controversiae cardo versari videtur) nego, illud pondus si potentiam motricem quam per vices exhauriebat, uno ictu absumat, ad altitudinem tantum quadruplam *u n o s a l t u* ascendere; Differentiam omnino faciendam puto inter elevare pondus aliquoties ad altitudinem, et inter elevare idem pondus ad eandem
Überlieferung: *L* Konzept: LBr. 501 Bl. 296–297. 1 Bog. 8°. 1 $\frac{3}{4}$ S. Eigh. Anschrift. Auf diesem Bogen (Bl. 296 r^o) befindet sich auch *L* von N. 206.

5 Das angeführte votum ist zumahl artig und darff man nur vota thun nicht zu halten was man versprochen. Das ich deswegen solte böß seyn wäre mir leid, und würde ich mich selbst straffen, ob peccatum alienum. Lieber wäre mirs aber freylich, wenn ich an einen guthen freund den mangel nicht verspührte, daß auf seine parole nicht zu bauen, und er mir damit umb cento pro 100 abschlägt.

10 Wegen des fruchtbrandtweins, ist schön wenn es sicher. Am besten ist nicht zu sagen, daß man dergleichen habe.

Bey den Muhlenwercken, da der wind daß waßer in die hohe bringen, und solches dann auffs Radt fallen soll, kömt es darauff an wie man versichert seyn möge, daß den be-ckern diese art zu mahlen mehr angenehm. Es kan auch im nothfall das waßer von pferden
15 in das Reservoir geschaffet werden, und also das mehl mit Roß=, so guth als Waßermuhlen gemahlen werden. Es ist noch eine andere art das waßer zu heben ohne pompen und schopferck so meines ermeßens andern vorgehet, und bey solchen Muhlwercken trefflich zu appliciren. Doch wenn man es bey dieser gelegenheit nicht eben gemeinmachen will, sind die 4eckten pompen zulänglich gnug. Ich habe es (doch in reinen waßer[]) mit einer
20 probiret, da der stiefel 8 zoll weit, und 4 schuch hoch, und der hub wenigstens 3 $\frac{1}{2}$ schuch halt. Sie erfordern keine bediennung, sondern sind beständig.

Das Salzwerck betr. zweifle ob der Nuz so considerabel in Holland, weilen es die Sonne in Warmen landen ohne kosten bereitet. Gleichwohl wäre die concentratio per praecipitationem etwas sonderlichs. Ich habe einige alte Acta Manuscripta, daraus zu
25 sehen, daß einer im anfang dieses seculi dergleichen etwas zu Halle vorgehabt doch kan

22 in Holland *erg. L*

Zu N. 207: Die nicht gefundene Abfertigung antwortet auf N. 204. Das nächste Stück der Korrespondenz ist Craffts Schreiben vom 26. September 1696 (LBr. 501 Bl. 303–305). 24 Acta Manuscripta: nicht ermittelt. 25 einer: nicht ermittelt.

den ausgang darinn nicht finden. Und muß nicht wenig anstehen doch glaube daß man ohne Söhle und Leckwerck die Söhle anreichern und das guthe concentriren köndte.

Hanover $\frac{21}{2}$ Febr. Martii 1696

208. JOHANN BERNOULLI AN LEIBNIZ

Groningen, 22. Februar (3. März) 1696. [202. 210.]

5

Überlieferung:

*K*¹ Konzept: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 18 Bl. 28–31. 2 Bog. 4°. 8 S.

*K*² Abfertigung: LBr. 57,1 Bl. 56.61.57.60.58.59. 3 Bog. 4°. 10 $\frac{2}{3}$ S. Tintenfraß, Textverlust. Auf Bl. 59 r^o befindet sich auch der Schluss von *L* von N. 214. (Unsere Druckvorlage)

E Erstdruck nach einer unbekanntten Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 128 bis 137 (teilw.). — Danach (mit Ausnahme der in *E* fehlenden Passagen, die nach *K*² gedruckt sind): GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 245–254 (teilw.). 10

Vir Amplissime atque Celeberrime Fautor Honoratissime

Vix credideris quanto me moerore afficiat dubia Tua valetudo, faxis rogo omnibus modis ut graviori malo in tempore occurras. Spero tamen catharrum quo natura subinde praesertim hoc anni tempore utitur ad expellendum quod sibi molestum est, Tibi pariter in firmiorem sanitatem esse cessurum, quod ut ita fiat Deum animitus precor. 15

Dⁿ. Papinus ut video manus victas nunquam dabit, jam nimis aperte Cartesianae opinionis defensionem suscepit quam ut ab ea deflecti possit, suae magis consulens gloriae (si qua gloria dicenda est a praesudiciis non desistere velle) quam veritatis. Quin si errorem tandem videret, non tamen eum agnosceret multominus publice fateretur. Interim gaudeo quod nunc ego Tecum in summa rei conveniam, et pleraque quae in prioribus meis notabam ad stabiliendam novam Tuam hypothesin Tibi non displiceant. Miror vero etiam, a Te non approbari modum meum explicandi ictus materiae gravificae qui quolibet tempusculo corpori gravi imprimuntur, certe si velimus aequos iudices agere, oportet ut cuique suum tribuamus. Ecquid clarius est, quam quod duae quantitates fluidorum 25

Zu N. 208: Die Abfertigung antwortet auf N. 202 und wird zusammen mit N. 210 beantwortet durch N. 214.

aequevelocium incurrentium in duo corpora aequalia ipsis inferant vires quae erunt in ratione ipsarum quantitatum fluidorum, est enim et hic repetitio effectuum homogeneorum, quam adeo commendas pro aestimatione causarum, ita ex. gr. quantitas fluidi ut $2A$ celeritate ut C producet duplo majorem vim quam quantitas ejusdem fluidi ut $1A$ celeritate eadem C , quod enim potest unum A idem poterit etiam alterum A caeteris paribus, ergo geminata causa geminatur effectus. Hinc, siquidem minus arrideat quod dixerim numeros ictuum qui quolibet tempusculo imprimuntur corpori gravi, esse ejus celeritati proportionales, ponamus unicum esse ictum quovis tempusculo impressum (quamvis ut verius dicam nullus sit ictus sed potius una continua pressio per totum descensum gravis) nunquid ipsi ictus diversis tempusculis impressi erunt (quandoquidem celeritas materiae gravificae maneat semper eadem) ut quantitates fluidi seu materiae gravificae illis tempusculis percursae seu penetratae, verum hae quantitates sunt ut spatiola descensuum momentaneorum id est ut celeritates gravis; ergo etiam ictus vel potius vires ictuum diversis tempusculis gravi impressae erunt ut celeritates. Id quod apertius liquet ex ipsa figura in ultimis meis adjecta, quam si placet aspicias; ubi si supponatur grave descendens per AB esse ex. gr. in 2, facturum uno tempusculo descensum 2, 3, nunc autem esse in 6 et aequali tempusculo percurrere 6, 7; illico apparet majorem copiam materiae gravificae aequali tempusculo appellere ad grave quando est in 6, quam cum est in 2, quae quidem copiae erunt ut spatiola percursa id est ut 5, 6 ad 1, 2 id est ut celeritates in dictis locis acquisitae. Sed rogo ut haec paulo attentius mecum consideres; non enim dubito quin iis tandem assensum tribuas, cum adeo apprime et rationi et experientiae convenient; licet verum sit me minus congrue dixisse grave descendens vel ascendens plures ictus a materia gravifica recipere eodem tempusculo proportionem celeritatis; est enim ut jam dixi unica continua pressio; interim per numeros ictuum illorum celeritatibus proportionales intelligere volui, pressionem uno tempusculo inductas quae sint celeritatibus proportionales, ideo quod grave in illa proportionem materiam gravificam penetret ut ego puto, non autem quod grave nunc tardius nunc celerius moveatur, ut Tu statuis. Unde cernis meam sententiam plane nihil officere opinioni receptae, celeritates crescere aequa-

6 ergo (1) duplicata causa duplicatur effectus (2) geminata ... effectus K^1 7 numerum ictuum K^2 , *korr. Hrsg. nach* K^1 18 aequali tempusculo *erg.* K^1 20 mecum *erg.* K^1

6 dixerim: vgl. N. 199, S. 629 Z. 13. 15 figura: vgl. die zweite Figur in N. 199. 24 jam dixi: Bernoulli bezieht sich wohl auf N. 199, S. 629.

biliter seu ut tempora. Ne autem quid desit ostendam alterum dilemmatis membrum quod scilicet globus *A* incurrens celeritate infinita in globum *B* aequalem ei vim imprimat, sive globus *B* quiescat sive moveatur[,] ad quod demonstrandum haec duo tanquam concessa praemittam, 1. Si duo globi moveantur in plano quacunque celeritate, et sibi mutuo occurrant, erit quantitas ictus eadem censenda seu erit ictus aequae fortis, sive planum super quo moventur globi, omnino quiescat, sive peculiari celeritate moveatur; hoc utique nemo negabit; alias corporum actiones in terra non e[ae]dem dicendae essent in hypothesi Ptolemaica et Copernicana, vel ex. gr. operarius in navi laborans non eadem vi clavum impelleret si navis quiescat, quam si sit in motu. 2. Corpus motum celeritate infinita eundem effectum praestabit, quem praestat si ejus celeritati superaccedat finitus celeritatis gradus; sit enim corpus *A* celeritate infinita (∞) et idem corpus *A* celeritate $\infty + 1$, erunt effectus ut quadrata celeritatum id est ut ∞^2 et $\infty^2 + 2\infty + 1$; verum haec duo quadrata censent[ur] aequalia quoniam $2\infty + 1$ pro nihilo habetur respectu ∞^2 .

Quibus praeliminatis supponatur globus *A* moveri in plano aliquo quiescente celeritate ∞ et incurrere in globum *B* quiescentem, nunc vero intelligatur planum simul etiam moveri in easdem partes celeritate ut 1; habebit hac ratione globus *A* velocitatem $\infty + 1$, et globus *B* velocitatem 1 atque adeo per lemma p[rimum] globus *A* celeritate $\infty + 1$, tantundem valet in globum *B* celeritate 1, quam idem globus *A* celeritate ∞ in globum *B* celeritate 0 seu quiescentem; verum per lemma 2^{dum} effectus globi *A* celeritate ∞ est aequalis effectui globi *A* celeritate $\infty + 1$; Ergo etiam globus *A* celeritate ∞ tantundem valet in globum *B* celeritate 1, quam in eundem globum celeritate 0 seu quiescentem, id est vis impressa globo *B* erit aequalis sive moveatur sive quiescat. Q. E. D. Hinc ni fallor veritas illius quod de globo sclopeti in testudinem impacto retuli satis asseritur.

Dum haec scribo non possum quin ob affinitatem materiae aliquid moneam, quod mihi post scriptas demum priores meas occurrit in perlectione Schediasmatis Tui *Actis Erudit.* ann. 1689, p. 40 inserti *De resistantia medii et motu projectorum gravium in medio resistente*; Ubi quae de Resistentia absoluta art. 1. habes, nimis festinanter a Te scripta videntur, ut pro ingenuitate Tua ipse fateberis, si ea relegere placuerit; Dicis enim


6 omnino erg. K^1 6 sive alia peculiari K^1 8 Ptolemaica et (1) Cartesia bricht ab (2) Copernicana K^1 11 celeritate ∞ (infinita) et K^1 14 in plano aliquo quiescente erg. K^1
 15 in (1) corpus B quiescens, voceturque effectus quem in B producit vel potius ictus in (2) globum B quiescentem K^1 21 in globum B K^1 in | eundem erg. | globum K^2

1. *Decrementa virium sunt proportionalia incrementis spatiorum* quod utique ita debet esse, etenim ad superandam duplo majorem frictionem id est ad percurrendum duplum spatium, etiam impenditur duplo major vis etc. Sed quod subnectis

2. *Velocitates sunt proportionales spatiis: perditae, percursis, residuae, adhuc percurrendis* hoc ipsi Tuae hypothese de aestimatione virium minus consentaneum videtur. Ratio quam addis ibidem *Ponantur incrementa spatii esse aequalia, erunt decrementa virium aequalia* (per prop. 1.) nam si ejusdem mobilis decrementa virium sint aequalia, etiam decrementa velocitatum sunt aequalia (sunt enim vires ut quadrata velocitatum, aequalibus autem existentibus quadratis etiam aequalia sunt latera) itaque elementa velocitatum amissarum sunt ut elementa spatiorum percursorum, residuarum ut adhuc percurrendorum. Ergo velocitates sunt ut spatia etc. in hoc praepremis vacillat quod consideras velocitates amissas, quae utique amplius non existunt et proinde ad aestimationem virium perditarum nihil faciunt, loco quod [considerari] debuissent velocitates residuae, ad aestimandas vires residuas, ex quibus deinde decrementa illarum et harum innotuisent, sunt enim velocitates reales quae determinant vires. Hinc si in figura ibi apposita velocitas initio sit AE , spatium integrum in medio percurrendum sit recta AB , ejus pars jam percursa AM , adhuc percurrenda MB ; velocitas residua MC (vel AF) amissa FE , erit ECB non recta sed parabola cujus vertex B et axis BA . Quod quidem ex hoc solo etiam patet, quod si spatium percursum AM sit ex. gr. $\frac{3}{4}$ partes axis AB , perdiderit mobile etiam $\frac{3}{4}$ suae vis (quia spatia percursa sunt ut vires impensae) remanebit ergo mobili $\frac{1}{4}$ vis initialis, et cum vires sint (juxta hypothese novam) ut quadrata celeritatum, habebit mobile in M , $\frac{1}{2}$ celeritatis initialis, id est $BM \cdot BA :: \square MC \cdot \square AE$. Praeterea huic meae objectioni ipse apertissime suffragaris in penultimis Tuis ad me datis ubi

7 virium | aequalia erg. | K^2 7 jam K^1 nam K^2 19 spatium percursum AM sint K^2 , ändert
Hrsg. nach K^1

15 figura ibi apposita: die Figur 2 der Tafel I, die wir hier wiedergeben



23 penultimis Tuis: vgl. N. 191, Quinto.

ais me recte judicare ex Tuis principiis sequi corpus duplo celerius quadruplo amplius penetraturum in materiam mollem, modo consideretur sola difficultas quae est in separatione partium tenacium, id est considerata sola resistentia absoluta etc. Quae cum ita se habeant pleraque cadunt quae in dicto Schediasmate ex praemissis illis deducis, ut curva *AL* cujus abscissae et applicatae *BM*, *ML* denotant spatia residua, et tempora insumta non erit Logarithmica sed parabola communis, contra reg. 3. et 5. art. I. Ideoque mobile *M* absolvit spatium percurrendum integrum *AB* tempore finito, contra reg. 4. ibidem. Sequentia etiam quoad maximam partem subvertuntur. Qua de causa Tibi deliberandum relinquo, annon haec corrigere operae pretium esset; interim enixe rogo ut hanc meam admonitionem serena fronte accipias; vides enim unicum meum scopum esse studium veritatis, et procul a me distare morem illorum qui aliorum scripta cavillandi unice causa suas objectiones statim publice divulgant; si vicissim a me in aliqua re peccatur, non solum aequae fero correctionem, sed insuper obstrictum me fateor illi qui me ab errore liberaverit, quo nomine Tibi plura quam ullatenus demereri possim debeo.

Modus transferendi totam vim ex majori massa in minorem quem ex iis quae de incursu obliquo globorum dixeram deduxisti mihi perplacet, nec dubito quin Dⁿ. Papinum et vel invitum ad assensum coegerit; pergratum tamen esset intelligere quid responderit. Meo arbitrio non male ageres, si responsionem Tuam ad ultimas ejus objectiones etiam publici juris faceres, cum ille in libello suo eo Te invitare videatur, alias multi rem a Papino egregie defensam putarent. Argumentum a priori petatum quo demonstras principium Tuum est sane speciosissimum et ut dicis omnino inexpectatum; quod illud mihi communicare volueris haud parvas refero gratias. Non video quid ab Adversario in contrarium dici possit; nisi forte quod actio virtualis confundi videatur cum actione formali; negando nempe consequi *A* esse quadruplum ipsius *C*, ex eo, quod *A* sit dupla ipsius *B* virtualiter, et *B* dupla ipsius *C* formaliter. Itaque dicet tali modo ratiocinari licere, si utraque actio esset homogenea, id est utraque aut virtualis aut formalis; sed utrumvis sumamus delabemur semper in $\pi\rho\omega\tau\omicron\nu\ \psi\epsilon\tilde{\upsilon}\delta\omicron\varsigma$, quod scilicet actio faciens

6 reg. 3. | et 5. erg. | art. I K^1 25 formaliter: Sperrung fehlt in K^2 ; in K^1 steht über beiden gesperrten Worten eine 1, über beiden davorstehenden ipsius eine 2

16 dixeram: vgl. N. 199, S. 633 Z. 1 f. 19 libello: D. PAPIN, *Fasciculus dissertationum de novis quibusdam machinis*, 1695; gemeint ist hier vor allem der 6. Teil *Synopsis controversiae*, S. 111.
21 dicis: vgl. N. 202, S. 649 Z. 8 f.

duplum tempore simplo non esset quadrupla sed dupla tantum actionis facientis simplum tempore simplo. Ecce imitor argumentum Tuum.

1° Actio faciens duplum tempore simplo est dupla virtualiter actionis facientis idem duplum tempore duplo.

5 2° actio faciens duplum tempore duplo est simpla virtualiter actionis facientis simplum tempore simplo.

3° Ergo actio faciens duplum tempore simplo est dupla actionis facientis simplum tempore simplo. Vel sic

1° Actio faciens duplum tempore simplo est simpla formaliter actionis facientis idem
10 duplum tempore duplo.

2° actio faciens duplum tempore duplo est dupla formaliter actionis facientis simplum tempore simplo.

3° Ergo etc.

Vides duo argumenta quae idem plane concludunt sed Tuae conclusioni omnino
15 contrarium, et vulgato illo nituntur axiomate, quae eidem sunt aequalia illa sunt inter se aequalia, quod quidem tantummodo locum habet in quantitatibus homogeneis, ut hic comparando actionem virtualem cum virtuali vel formalem cum formali non autem illam cum hac. Quid ad hanc objectionem responderi debeat ipse dispicias; nolim ego Tibi quid objicere, sed potius quid ab aliis objici possit sincere moneo, quod a Te etiam ita
20 acceptum iri spero.

In *Actis* februarii anni 1689 vidi Tibi quoque compertum fuisse vires centrifugas seu ut vocas c[on]atus excussorios esse in ratione composita ex duplicata directa celeritatum et reciproca simplice radorum. Hinc si velis paulo attentius considerare problema meum quod ante annum in *Actis* proposui, illud non adeo inelegans reperies, quin Tuam appli-
25 cationem mereatur: Grave nempe in plano verticali libere descendens et evolvens curvam aliquam quaesitam acceleratur et proinde vis centrifuga hac ratione augetur, quoniam autem filum evolvens cui grave alligatum est elongatur, vis centrifuga hac ratione minuitur; quaeritur itaque constructio curvae ut decremента vis centrifugae ab elongatione fili

19 etiam *erg. K¹* 26 aliquam quaesitam *erg. K¹*

21 vidi: vgl. LEIBNIZ, *Tentamen de motuum coelestium causis*, (11). 24 proposui: vgl. Joh. BERNOULLI, *Animadversio in praecedentem solutionem illustris D. Marchionis Hospitalii*, in: *Acta erud.*, Feb. 1695, S. 59–65.

profecta compensentur per incrementa ejusdem vis ab acceleratione provenientia, id est ut tensio fili semper eadem maneat, vel ut filum semper eadem vi extendatur.

Quaenam in centro percussionis indagando alia oriatur subtilitas, quam illa ut considerentur quadrata celeritatum actualium ceu in prioribus meis innui; lubentissime mihi exponi cuperem. Ais Te etiam olim examinasse resistentiam respectivam ad Tuae aesti- 5 mationis leges, et tamen veram deprehendere, sed nescio utrum verum putes, an quod resistentiae respectivae sint ut quadrata, an vero ut cubi celeritatum; illud vulgaris est opinio hoc autem ex aestimationis Tuae lege consequitur.

Mirum quantum me delectarunt quae habes de vi directiva et quantitate directionis ad easdem partes seu quantitate progressus, ubi pulchre detexisti quid Carthesio aliisque 10 ad errorem ansam dederit, nimirum quod cum viderent aestimationem ex ductu celeritatis in molem alicubi ut in duobus globis perfecte elasticis inter se celeritatibus quae sint reciproce proportionales corporibus, concurrentibus, qui post ictum pristina celeritate reperiuntur, locum habere, fallaciam committentes inductionis ubique illi locum facerent. Recte dicis quod vis directiva ex sola consideratione potentiae absolutae deduci 15 et demonstrari possit: sed non ita facile est demonstrare semper eandem quantitatem directionis seu progressus conservari. Interim scias me jam a longis annis simile formasse principium, quod ex occasione Tui iterum in memoriam revocavi et post institutum examen mirifice cum Tuo conspirare deprehendi; illud autem est tale: Si corpora quot- 20 cunque in motu constituta sibi quomodocunque occurrant, habebit se centrum commune gravitatis post concursum eodem modo quo ante concursum, id est, post mutuam actionem corporum centrum commune gravitatis eandem directionem et eandem celeritatem servabit, quam habebat ante actionem: possum autem demonstrare quod id quod vocas 25 quantitatem directionis nimirum ducta celeritas in molem, nihil aliud sit quam quantitas progressus centri gravitatis seu ducta celeritas centri communis gravitatis in summam molium; adeo ut haec duo principia sint plane unum et idem. Ex his jam conjicere lice- ret, eandem semper quantitatem directionis in mundo conservari, est enim ista quantitas semper nulla, seu tanta est quantitas directionis in unam partem, quanta in contrariam, alias centrum commune gravitatis totius universi progredetur aequabiliter in linea recta

10 aliisque *erg.* K^1 20 commune *erg.* K^1 21 mutuam *erg.* K^1


4 in prioribus meis: vgl. N. 199, S. 635 Z. 3f. 5 Ais: vgl. N. 202, S. 649. 15 dicis: ebd., S. 651.

in infinitum, a quo utique natura abhorret. Concipio itaque totam machinam mundanam tanquam corpus suspensum in centro gravitatis cujus tamen partes liberae et separatae omnibus modis circa centrum moventur ita ut perpetuum aequilibrium servetur. Ex his principiis facile novae et verae conduntur regulae communicationis motuum; veteres enim a Cartesio et aliis constitutae omnes erroneae sunt eo ipso quod ad conservationem ejusdem quantitatis virium motricium et progressus centri communis gravitatis non attenderint: concursus harum duarum quantitatum sibi semper aequalium regulas determinat, alias esset problema indeterminatum, cum infinitis modis celeritates mobilium variari possint ita tamen ut semper eadem quantitas virium maneat, sed non erit eadem quantitas directionis seu progressus centri gravitatis, et vicissim infinitis modis celeritates variantur ut semper eadem quantitas progressus maneat, sed tunc non manebit eadem quantitas virium. Unicus ergo est casus, ubi utrumque simul obtinetur, ex quo generalis regula pro communicatione motuum elicitur haec: globus a celeritate m , incurrens in globum b habentem celeritatem n , habebit post ictum celeritatem $\frac{am+2bn-bm}{a+b}$ et celeritas ipsius b erit $\frac{bn+2am-an}{a+b}$ si globi ad easdem partes ferantur et m sit major quam n ; sin ad partes contrarias ponendum tantum est $-n$ pro $+n$ et $+n$ pro $-n$. Hinc si corpus A celeritate ut 1 incurrat in aequale B quiescens, habebit post ictum B celeritatem ut 1 et A quiescet (pono hic corpora perfecte elastica vel dura, idem enim effectus sequetur sive sint perfecte elastica sive perfecte dura, nam falsissimum puto quod alii inter quos Wallisius statuerunt, perfectam duritiem si qua daretur efficere ut corpora post concursum simul et conjunctim ferrentur). Sed si artificio quodam effici posset ut in ipso concursus momento corpora etiamsi summe dura per unicum aliquem vel aliquod gluten ita arcte sibi invicem cohaerent, ut non possint progredi nisi junctim; procul dubio ob conservationem ejusdem quantitatis virium irent celeritate ut $\sqrt{\frac{1}{2}}$; verum tunc quantitas progressus non eadem maneret, en igitur casum aliquem quem in penultimis Tuis dari posse negaveras: Tuam super hoc responsionem libenter audirem; ego quidem aliquid responsionis loco adducere possem sed id ipsum non omnino mihi satisfacit. Caeterum dicis quod *simplex consideratio directionis seu progressus etiam faciat, ut in aliis multis opus sit celeritate*

1 utique *erg.* K^1 4 et verae *erg.* K^1 7 sibi semper aequalium *erg.* K^1 19 aliqui K^1 alii K^2

19 Wallisius: vgl. J. WALLIS, *Mechanica, sive de motu* 3, 1671, cap. XI u. XIII. 25 negaveras: vgl. N. 191, S. 601. 27 dicis: vgl. N. 202, S. 652 Z. 16 f.

ducta in molem, verissimaque maneant theoremata receptae mechanicae, item oscillationis vel percussionis imo et resistentiae medii respectivae: nescio quo pacto facias ut sola celeritate ducta in molem pervenias ad cognitionem centri oscillationis; ego eleganter admodum et felicissime centrum istud invenio ponendo tantum principium illud conservationis ejusdem quantitatis virium, ubi in omnibus consentio cum Dⁿ. Hugenio, absque
5
ut adhibeam ejus obscurum principium quod nempe commune centrum gravitatis penduli compositi ad eandem altitudinem ascendere debeat sive corpora pendulum constituenta separatim moveantur; sive simul, cum sunt in linea rigida affixa, oscillentur. Interim de centro percussionis nondum constat, an illud sit quod Geometrae hactenus constituerunt. Lubentissime concedo, si ponamus corpus ferri in medio constante ex innumeris globulis
10
aequaliter disseminatis, celeritatum decremента fore ut quadrata celeritatum aequalibus temporum elementis; possum enim et ego illud demonstrare ex principiis de conservanda tam virtute absoluta quam directione, hoc autem minime probat quod etiam resistentiae ipsae id est virium decremента quovis tempusculo amissa sint ut quadrata celeritatum;



quinimo ex hoc ipso evincitur, resistentias esse ut cubos celeritatum. Si enim mobile A
15
feratur in tali medio, et abscissa AB denotet tempus erit celeritas BD in curva hyperbolica CD cujus asymptotos AB , et celeritas initialis AC ; quoniam differentiales ipsarum BD sunt ut harum quadrata. Verum vires mobilis sunt etiam ut quadrata celeritatum BD , ergo decremента celeritatum sunt ut vires et proinde decremента decremენტorum celeritatum ut decremента virium id est ut resistentia ipsa; sunt autem in hyperbola
20
decremента decremენტorum applicatarum BD id est differentiae secundae ut cubi applicatarum ipsarum BD . Ergo etc. Vale Vir Celeberrime et ama

T. Omn. honoris cultor addictissimum

Joh. Bernoulli.

Groningae 22. febr. 1696.

18 Verum (1) potentiae (2) vires K^1

6 obscurum principium: vgl. Ch. HUYGENS, *Horologium oscillatorium*, 1673, pars IV.

P. S. De mirabili antidysenterico Ipecacuanha nunquam antehac innotuit mihi, neque etiam novo nostro Practices Professori mecum vocato, Medico alias experientissimo, quem super hac re expresse interrogavi. Herbam Paraguay jam satis notam dicit. Cortex Peruviana etiam apud vos venalis erit. Frater meus scripsit de omnibus Amstelodamum,
 5 celebri cuidam pharmacopolae (Droguiste); sed responsum hactenus nondum accepit.

Nihil mihi gratius esset, quam crebrius imo hebdomadatim Tibi scribere, sed negotia tam publica quam privata hoc prohibent, adde quod mihi labores nocturni omnino sint interdicti, eo quod lumen candelae valde officiat oculis meis. An nunc Halenses habeant Professore[m] matheseos et quemnam scire vellem. Si post aliquot annos ego desiderarer,
 10 vocationem non recusarem. Iterum vale.

209. AUGUSTINUS VAGETIUS AN LEIBNIZ

Göttingen, 24. Februar (5. März) 1696. [195. 215.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 949 Bl. 38–39. 1 Bog. 4°. 3 S. Eigh. Aufschrift. Siegel. Randschäden. Bibl.verm.

15 Vir Illustris et Excellentissime Patrone magne

Cum Viteberga huc festinarem, elapsa septimana Te invisere constitueram, sed com-
 perto peregre Te existere, spe frustratus Hannovera discessi. Mensis jam secundus agi-
 tur, ex quo literae Exc. Doct. Maji Giessensium Theologi Hamburgi adfuerunt, spem
 aliquam facientes obtinendae Professoriae Spartae. Consilium dabat Vir laudatus ut ab
 20 insigni Mathematico ad alium scriptum testimonium adesset, de meis profectibus. Re-
 spondi, id impetrare me non posse, nec nimium polliceri, sperare tamen, Te, si rogeris,
 candide dicturum sententiam. Ceterum non est quod moveam ulterius, contentus me ibi
 innotuisse.

1–10 P. S. . . . Iterum vale *fehlt K*¹

2 Practices Professori: Theodorus van Essen (1657–1697). 4 Frater: Hieronymus Bernoulli; der angesprochene Brief wurde nicht ermittelt. 5 cuidam pharmacopolae: nicht ermittelt.

Zu N. 209: Die Abfertigung antwortet auf N. 195 und wird durch N. 215 beantwortet. 18 literae Exc. Doct. Maji: Schreiben von Joh. H. Majus nicht ermittelt. 20 f. Respondi: nicht ermittelt.

Dⁿ. Lic. Mejero Hamburgensi solum illud exemplar suppetebat, Tibi quod misit, in mora ejusdem remittendi nullum erit periculum. Alia hactenus investigare non potui, neque potuit Mejerus.

Gottingensis Mejeri vicem doleo, quem meliori loco, neque infra Licentiati dignitatem constituto esse optarem. Si munere se abdicaverit, puto et ipsum et Gymnasium omni 5
praejudicio liberum fore; tum autem Cantori succedenti, quamdiu Cantor est, limites certos ponendos credo, ne tandem inferior Schola cum Gymnasio plane confundatur. Vix memini proportionem inter hono[res] Academicos et munia inferioris dignitatis unqua[m] ita neglectam fuisse, quam tunc ubi Argentoratensis Academiae Cursor (s. Pedellus) J. U. Licentiatus esset. Sane Wittebergensis Acade[mia] has vices obeunti homini honores 10
Magistri LL. AA. concedere ante biennium recusabat.

Bono Mejero litem non movebo, quamdiu ipse occasionem litigandi evitabit. Possum enim in mandato Consistorii Supremi acquiescere, quod absentem mihi prospexit, et rerum omnium ignaro. Ex Academia Vitebergensi salutem plurimam dicebant Exc. Schurtzfleischius atque Knorrius, Berolini Spenerus. Interim et me amare perge 15

Tuae Exc. Dignitatis Cultorem strenuum Augustinum Vegetium.

Dab. Gottingae. d. 24 Feb. A. MDCIVC

A Monsieur Mons. Leibnitz Conseiller de S. A. El. de Brunsvic-Luneburg à Hannover

210. JOHANN BERNOULLI AN LEIBNIZ 20
Groningen, 3. (13.) März 1696. [208. 214.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 57,1 Bl. 64–65. 1 Bog. 8°. 1 S.

15 Berolini Spenerus *erg.* *K* 15 amare perges *K*, *korr.* *Hrsg.*

1 illud exemplar: die Beilage zu N. 195. 4 Mejeri vicem doleo: Mit dem Figuralcantor und Professor der Musik am Göttinger Gymnasium Joachim Meier entwickelte sich ein Rangstreit.

Zu N. 210: Die Abfertigung, der ein Bericht eines renommierten Apothekers (nicht ermittelt) aus Amsterdam über Ipecacuanha und andere pflanzliche Heilmittel beilag, folgt N. 208 und wird zusammen mit diesem Stück durch N. 214 beantwortet.

Groningae d. 3. Martj 1696

Vir Amplissime atque Celeberrime Fautor Honoratissime

En responsum autographum, quod Frater heri Amstelodamo accepit, et quod sine
 mora Tibi transmittio, ut sciam quid porro faciendum pro commodis Tuis. Forte non
 5 putabas adeo pretiosa esse quae petis, praesertim radicem Ipecacuanhae. Scire gestirem
 modum eam praeparandi et sub qua forma assumatur.

Interim me refero ad proximas meas ante paucos dies ad Te datas responsionemque
 expecto ad omnia. Vale

Ampl. Tuae

addictissimus

Joh. Bernoulli.

211. JACOB BERNOULLI AN LEIBNIZ

Basel, 4. (14.) März 1696. [181. 212.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 56 Bl. 14.21.15.20. 2 Bog. 4°. 7 S. mit Annotationen
 von Leibniz' Hand. Auf Bl. 20 v^o befindet sich L^1 von N. 235. — Gedr.: GERHARDT, *Math.*
Schr. 3, 1855, S. 29–35 (teilw.); 2. Jac. BERNOULLI, *Briefw.*, S. 76–82.

Amplissime, Celeberrimeque Vir!

Basileae 4 Martii 1696.

Ex nuperis tuis ad me datis laetabundus intellexi, affectum Tuum erga me, nec longo
 meo silentio, nec aliis quae in me displicere forte poterant, refriguissis; id quod tot argu-
 mentis mihi persuades, ut morosus essem, si vel umbram scrupuli retinerem; Tametsi et
 illud superfluum apud me fuisse credas velim, quippe qui Tuum ad primas meas silen-
 20 tium in meae qualiscunque excusationis, minime vero elationis, ut scribis, alicujus in Te
 argumentum attuli. Quanquam autem illo tempore nihil mihi fuisset optabilius, quam in
 pervestigandis Geometriae adytis manufactoris alicujus opera uti, qua multum et tem-
 poris et laboris lucri facere potuissem; gaudeo tamen nunc id subsidii mihi tum fuisse
 denegatum, quia Tecum existimo, nos ita comparatos esse, ut profundius semper rumi-
 25 nemus, majorique, ut loqueris, affectu excolamus ea, quae ex propriis meditationibus,

3 responsum: nicht gefunden. 3 Frater: Hieronymus Bernoulli; vgl. auch Leibniz' Bitte in N. 202.
 7 proximas meas: N. 208.

Zu N. 211: Die Abfertigung antwortet auf N. 181 und wird beantwortet durch N. 235. Auf N. 211
 folgt N. 212. 19 primas meas: III, 4 N. 200.

quam quae ex aliena institutione haurimus. Si quid ergo isthic aegre ferre debeo, hoc est, quod cum Italiam petitulo hac vel non longe abhinc transeundum Tibi fuerit, desideratissimo Tui aspectu et alloquio frui mihi non contigerit. Utinam vero id aliquando fiat, atque etiam per firmiorem valetudinem sperare liceat. Meam quidem ab aliquo tempore, per Dei gratiam, satis benignam sentio, at Tuae me sollicitudo tenet, de qua memini Te antehac tum in *Actis*, tum in literis ad Fratrem datis conquestum esse. Deus meliora!

Scretam Scafusianum recte putas obiisse. Sed et obiit Wepferus, Practicus, magni apud nos nominis et existimationis, idque jam ante annum et quod excurrit. Non dubito, quod si quis principia Mathematica ad Medicinam applicare vellet, is rem Medicam, immane quantum promovere posset. Hac nempe opinione motus, Auctor primum extiti Fratri, ut hoc studium amplecteretur, et quam primum illud salutare inceperat, identidem illum stimulavi, ut principia Scientiae, quam a me didicerat, huc applicaret: Sed *surdo fabulam*: praevisa enim difficultate absterritus, vix de Fermentatione et de Motu musculorum quaedam dedit; quantillum autem istud est, satis ostendit, quid Medicus Mathesi adjutus possit. In partibus animalium solidis hoc abunde comprobavit Borellus, nec de fluidis videtur desperandum, cum naturam pressionis ipsorum satis quoque nunc compertam habeamus. De Fatziis Duilleriis nihil novi, nisi quod alter Londini sedem fixerit, alter a Fratre meo Tuum calculum edoctus, etiamnum Genevae resideat. Ottius Dioptricus totus immersus est, et lentibus expoliendis aetatem consumit. Quam ante 25 annos sententiam Heidelbergae pro Cathedra defendit, de radiis per meros circulos, ex uno puncto in aliud colligendis etiam num urget; Tentavi aliquando hoc problema, sed proxi calculi impatiens, iterum deserui. De causa Obliquitatis Eclipticae multa disseris, Vir Ampl. et quod etiam illa, quae certis rationibus in mundo constant a libero Creatoris arbitrio pendeant, ostendis, quae quidem ego nolo controvertere, attamen hoc non est, quod volo, sed peto tantum a Te, num existimes nexum inter obliquitatem hanc et circuli mensuram ab Auctore ejus casu tantum vel palpando inventam fuisse, an vero per Analysisin vere Geometricam inveniri potuisse credas. Librum ipsum proxime occasione

5f. Te . . . conquestum esse: vgl. z. B. den Anfang von LEIBNIZ, *Constructio propria problematis de curva isochrona paracentrica*, in: *Acta erud.*, Aug. 1694, S. 364–375 und von N. 202. 13 *surdo fabulam*: vgl. P. TERENTIUS Afer, *Heautontimorumenos*, 222. 14 quaedam dedit: vgl. Joh. BERNOULLI, *Dissertatio chymico-physica de effervescentia et fermentatione*, 1690, und *Dissertatio inauguralis physico-anatomica de motu musculorum*, 1694. 15 comprobavit Borellus: vgl. G. A. BORELLI, *De motu animalium*, 1680–1681. 17 alter: Nicolas Fatio de Duillier. 18 alter a Fratre meo Tuum calculum edoctus: Jean Christophe Fatio de Duillier. 20 defendit: vgl. J. OTT, *Cogitationes physico-mechanicae de natura visionis*, 1670. 27 Librum: T. HOLLÄNDER, *Amaltheum astronomicum*, 1699, das bereits 1695 in einigen Exemplaren im Umlauf war.

nundinarum Francofurtensium submittam, una cum excerptis quibusdam ex Adversariis meis, quae aequi bonique consulas, rogo, alio tempore plura communicabo, sed mallem Ipse significes, quae Tibi submissa velis; quanquam dubitem, quicquam in iis contineri, quod Te dignum, Tibique non omne jam antea perspectum sit. Audio, brevi proditurum

5 Tractatum aliquem Dⁿ. March. Hospitalii de Calculo Differentiali (differentiali tantum non summatorio) quod nuncio ut Tua Tibi mature asserere festines, nec Te ab aliis praeveniri patiaris. Dedit et promisit Dⁿ. D. T. nupero IX^{bri} quaedam, quibus, si vera sunt omnia, vix praeclariora et utiliora in tota Geometria inveniri possunt. Secus sentiendum puto de Geometriae correctione, quam suscepit olim, atque etiam num versat animo

10 Dⁿ. Cluverius. Is per literas, quibus me non ita pridem salutavit, sententiam meam super ea re percontatus est; cui rescripsi hunc in modum: Videas num bene! „Pour les Espaces Paraboliques (hoc enim Idiomate me compellarat) Vous avez raison de dire qu’elles sont comme $\frac{2N^2 + 1}{4N^2 - 1}$; mais lorsque vous ajoutés, que tous les Geometres se sont trompés, pour les avoir faites, comme $\frac{2N^2}{4N^2} = \frac{1}{2}$; je ne suis point du tout de Vôtre sentiment,

15 parce que ces expressions $\frac{2N^2 + 1}{4N^2 - 1}$ et $\frac{2N^2}{4N^2}$ signifient tout à fait une même quantité; lorsque N signifie un nombre infini des parties. Pour être persuadé de cela, concevez une de ces parties encore divisible en deux autres, et par consequent, leur nombre $P = 2N$ (puisque les infiniment petits aussi bien que les infiniment grands reçoivent du plus et du moins, comme les grandeurs finies) et vous trouverez par le meme Calcul les Espaces

20 Paraboliques, comme $\frac{2P^2 + 1}{4P^2 - 1}$; c’est à dire (à cause de $P = 2N$) comme $\frac{8N^2 + 1}{16N^2 - 1}$; donc $\frac{8N^2 + 1}{16N^2 - 1}$ et $\frac{2N^2 + 1}{4N^2 - 1}$ doivent signifier une même raison, ou bien, les meme[s] grandeurs auront ensemble une plus grande et plus petite raison, ce qui est absurde.“

1 nundinarum Francofurtensium: Die Frühjahrsmesse fand Ende März – Anfang April statt. Aus Leibniz’ Schreiben an Joh. Bernoulli vom 10. August 1696 (GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 313) ergibt sich, dass die angesprochene Sendung (vgl. N. 212) Leibniz im Juni oder Juli 1696 erreicht hat. 1 f. excerptis quibusdam ex Adversariis meis: vgl. N. 212. 4 Audio: Quelle nicht ermittelt. L’Hospitals *Analyse des infiniment petits* erschien im Juni 1696. 7 Dedit: vgl. E. W. v. TSCHIRNHAUS, *Nova et singularis geometriae promotio*, in: *Acta erud.*, Nov. 1695, S. 489–493. 9 suscepit olim: zu Clüvers Veröffentlichungen vgl. die Erl. in N. 168. 11 percontatus est: in einem nicht gefundenem Brief Clüvers an Jacob Bernoulli aus dem Jahre 1695. 11 rescripsi: Aus Clüvers Antwort vom 1. Mai 1696 (Jac. BERNOULLI, *Briefw.*, S. 152–155) wissen wir, dass dieser Brief Bernoullis, der nur durch den obigen Auszug belegt ist, auf den 11. Dezember 1695 zu datieren ist.

Quae de summa Progressionis Harmonicae in Tuis attulisti, valdopere me quidem affecerunt, nec satis initio mirari potui summam Tuam dexteritatem, facilitatemque in transmutandis varieque ad nutum Tuum detorquendis numeris; sed tamen re penitus inspecta deprehendi, Te hoc conatu parum, imo nihil compendii consecutum esse; nec magis scopo appropinquari nova hac serie¹

5

$$\frac{2 \int 1}{100} \quad M \quad \frac{1}{1} + \frac{1}{3} + \frac{1}{5} + \frac{1}{7} + \frac{1}{9}$$

$$\frac{2 \int \overline{xx}}{100^3} \quad M \quad \frac{1}{1} + \frac{1}{3^3} + \frac{1}{5^3} + \frac{1}{7^3} + \frac{1}{9^3}$$

$$\frac{2 \int \overline{x^4}}{100^5} \quad M \quad \frac{1}{1} + \frac{1}{3^5} + \frac{1}{5^5} + \frac{1}{7^5} + \frac{1}{9^5}$$

$$\frac{2 \int \overline{x^6}}{100^7} \quad M \quad \frac{1}{1} + \frac{1}{3^7} + \frac{1}{5^7} + \frac{1}{7^7} + \frac{1}{9^7}$$

etc.

etc.

10

in quam propositam $\frac{1}{1} + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4} \dots \frac{1}{1000}$ convertis, quam simplici additione, totidemmet terminorum ipsius propositae; quod sic ostendo: Quia, docente Wallisio, posita maxima $x = 99$, $\int \overline{xx}$ fere = $\frac{x^3}{3} = \frac{99^3}{3}$, et $\int \overline{x^4}$ fere = $\frac{x^5}{5} = \frac{99^5}{5}$ et $\int \overline{x^6}$ fere = $\frac{x^7}{7} = \frac{99^7}{7}$ etc.

erit $\frac{2 \int 1}{100} + \frac{2 \int \overline{xx}}{100^3} + \frac{2 \int \overline{x^4}}{100^5} + \frac{2 \int \overline{x^6}}{100^7}$ etc. fere = $\frac{2 \cdot 99}{1 \cdot 100} + \frac{2 \cdot 99^3}{3 \cdot 100^3} + \frac{2 \cdot 99^5}{5 \cdot 100^5} + \frac{2 \cdot 99^7}{7 \cdot 100^7}$

etc. neglecta viz. multiplicatione per factores terminorum alteros $\frac{1}{1} + \frac{1}{3} + \frac{1}{5} + \frac{1}{7} + \frac{1}{9}$ etc. 15

quippe qui sensibiliter brevi in unitatem abeunt. Sed et fractiones $\frac{99}{100}, \frac{99^3}{100^3}, \frac{99^5}{100^5}$ etc.

¹ (Die Zeilen 1–4 der folgenden Tabelle sind von Leibniz mit folgenden Symbolen versehen:) \odot \mathfrak{D} \mathfrak{Q} \mathfrak{O} (dazu interlinear die gestr. Bemerkung:) sed valores \odot , \mathfrak{D} , \mathfrak{Q} , \mathfrak{O} , mox ita decrescunt, ut non sit longe eundem

12 docente Wallisio: vgl. z. B. J. WALLIS, *Arithmetica infinitorum*, 1656 und Jac. BERNOULLI, *Demonstratio rationum, quas habent series numerorum naturali progressionem sese insequentium*, in: *Acta erud.*, Jul. 1686, S. 360–361.

ab unitatibus sensibiliter non differunt, nec nisi post 34^{tum} terminum ad $\frac{1}{2}$ decrescunt²;
 Idcirco series ista fere convenit cum hac $\frac{2}{1} + \frac{2}{3} + \frac{2}{5} + \frac{2}{7}$ etc. atque sic in eandem seriem
 harmonicam relabimur, cujus summam initio per compendium quaerere studebamus.
 Caeterum si acquiescere velimus aliquali tantum approximatione nec accurata summa
 5 quaeratur, possumus simplici additione paucorum terminorum rem satis longe provehere,
 hoc vel simili modo utendo: Addantur si placet decem primi termini, eritque $\frac{1}{1} + \frac{1}{2} +$
 $\frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \frac{1}{5} + \frac{1}{6} + \frac{1}{7} + \frac{1}{8} + \frac{1}{9} + \frac{1}{10} = A = \frac{7381}{2520}$ [:] hinc pro singulis sequentium decem
 terminorum ab $\frac{1}{11}$ usque ad $\frac{1}{20}$ ponatur $\frac{1}{10}$, adeoque pro omnibus $\frac{10}{10} = \frac{1}{1}$; ita etiam pro
 10 10 seqq. ab $\frac{1}{21}$ usque ad $\frac{1}{30}$ ponantur $\frac{10}{20} = \frac{1}{2}$, et pro seqq. ab $\frac{1}{31}$ ad $\frac{1}{40}$ substituantur
 $\frac{10}{30} = \frac{1}{3}$ etc. et ita consequenter usque ad $\frac{1}{100}$, adeo ut summa terminorum ab $\frac{1}{11}$ ad $\frac{1}{100}$
 fiat $\frac{1}{1} + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \frac{1}{5} + \frac{1}{6} + \frac{1}{7} + \frac{1}{8} + \frac{1}{9} = A - \frac{1}{10}$, justo major. Eadem ratione ponantur pro
 singulis terminorum ab $\frac{1}{101}$ ad $\frac{1}{200}$ totidem $\frac{1}{100}$, et pro singulis ab $\frac{1}{201}$ ad $\frac{1}{300}$ totidem $\frac{1}{200}$,
 atque ita porro usque ad $\frac{1}{1000}$; quo pacto summa terminorum ab $\frac{1}{101}$ ad $\frac{1}{1000}$ fiet ut antea
 = $A - \frac{1}{10}$ justo quoque major; ideoque summa omnium mille terminorum ab unitate fiet
 15 $A + A - \frac{1}{10} + A - \frac{1}{10} = 3A - \frac{1}{5} = 8\frac{493}{840}$ justo major. Iterum pro terminis ab $\frac{1}{11}$ ad $\frac{1}{20}$
 ponatur totidem $\frac{1}{20}$, et pro terminis ab $\frac{1}{21}$ ad $\frac{1}{30}$ totidem $\frac{1}{30}$ etc. ut et pro terminis ab $\frac{1}{101}$
 ad $\frac{1}{200}$ totidem $\frac{1}{200}$; et ab $\frac{1}{201}$ ad $\frac{1}{300}$ totidem $\frac{1}{300}$ etc. qua ratione summa terminorum
 ab $\frac{1}{11}$ ad $\frac{1}{100}$ fiet $\frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \frac{1}{5} + \frac{1}{6} + \frac{1}{7} + \frac{1}{8} + \frac{1}{9} + \frac{1}{10} = A - 1$, quanta quoque erit summa
 terminorum ab $\frac{1}{101}$ ad $\frac{1}{1000}$, sed utraque justo minor; unde et summa omnium mille
 20 terminorum obtinetur $A + A - 1 + A - 1 = 3A - 2 = 6\frac{661}{840}$ justo minor. Vera ergo summa
 progressionis cadit inter limites $8\frac{493}{840}$ et $6\frac{661}{840}$; Imo inter medium horum Arithmeticum
 $7\frac{577}{840}$ et minorem $6\frac{661}{840}$ cum ostensu facile sit, summam veram propius accedere debere
 limiti inferiori quam superiori; Et certum est, Tuae progressionis additionem per quam
 plurimos terminos continuandam esse, priusquam limitem hunc assequatur; praeterquam
 25 etiam quod nullum limitem in excessu suppeditare potest: Veruntamen ista omnia ad
 Praxin parum subsidii afferre possunt.

Circa Controversiam Dynamicam mentem Tuam ita nunc demum explicuisti, ut
 facile mihi sit perspicere, ubi error lateat. Vis quantitatem virium aestimandam esse ex

² ⟨Dazu interlinear von Leibniz' Hand:⟩ Si adhibeatur $\frac{1}{100-50}$ et $\frac{1}{100+50}$, primus
 statim terminus non descendit supra $\frac{1}{2}$, et habentur termini a 50 ad 150, inde adhibito
 $\frac{1}{300\pm 150}$ habentur termini ab 150 ad 450[:], $\frac{1}{50\pm 25}$ dat terminos a 25 ad 75 et $\frac{1}{100\pm 25}$ dat
 terminos a 75 ad 125, $\frac{1}{150\pm 25}$ dat terminos a 125 ad 175, adhibeo 50, 150 etc. qvi duplicati
 redeunt ad ⟨—⟩

quantitate effectus, id est, ut explicas, ex numero elastrorum, quorum tensione absumuntur. Non repugno. Supponis item, corpus dupla cum celeritate sursum nitens quadruplam emetiri altitudinem, priusquam tota absumatur. Et hoc verissimum. Sed cum existimas, propterea quadruplum intendi elastrorum numerum, hoc vero Tibi concedere non possum, nisi velis materiam horum elastrorum, quae gravitatem efficit spectandam esse velut quiescentem ac passive tantum resistantem; quemadmodum sane perspicuum est, globum in plano horizontali decurrentem, tantundem aëris si hic quiescat in itinere suo offendere, quantum ipse spatii in illo confecerit. At talis hypothesis naturae gravitatis manifeste repugnaret, cum ex illa non ostendi posset, cur gravia sursum projecta finito ascensu deorsum repellenda essent. Ponamus igitur, quod res est, quodque nosti jam ab Hugenio observatum esse, materiam elasticam, quam gravitatis causam esse volumus, rapidissime deorsum ferri, et in gravia sursum projecta magna celeritate impingere, imo celeritate infinites majore illa quam corpora naturalia descendendo acquirere possunt (id enim nisi supponatur, cessabit tandem omnis gravium acceleratio, quod ipsum est contra Galilaei hypothesin, in qua tamen commune nostrum principium de ascensu quadruplo cum dupla celeritate peragendo fundatur) ponamus, inquam, ista, et plana erunt omnia. Nam ob celeritatem infinite magnam materiae gravitatem efficientis tantundem est, ac si grave sursum projectum quiesceret, et si quiescit, liquet, numerum elastrorum in illud impingentium tempori proportionalem esse; unde duplo tempore, quo corpus dupla cum velocitate sursum tendens, quadruplum spatium emetitur, duplum tantum elastrorum numerum offendit, duplamque adeo quantitatem virium impendit[,] non quadruplam ut Tu voluisti. Et considerandum est, quod si materia gravitatem efficiens, ut quiescens spectaretur, ejusque resistantiae, hoc est, decremента velocitatum in corporibus sursum projectis ponerentur in ratione seu simplici, seu verius duplicata harum velocitatum, nunquam accidere posset, ut corpus dupla cum celeritate moveri incipiens, seu duplo seu aequali tempore quadruplum spatium conficeret; quod tamen experientia confirmat, Tuque pro principio assumpsisti. Quorum omnium veritatem puto Te agniturum, si vel leviter ad haec attendere graviora Tibi negotia permiserint. Utinam vero totus noster esses, nec tam diversis studiis distrahereris! Singulis imo pluribus Te parem esse scimus et sentimus, at omnibus non potest fieri quin obruaris, nec Tu dees ulli rei, sed tempus deest Tibi; Tametsi fortassis ego, qui sum tardiusculus, comprehendere nequeam, quid

11 observatum esse: vgl. z. B. Huygens' *Discours de la cause de la pesanteur*, der Anhang zum *Traité de la lumiere*, 1690. 15 Galilaei hypothesin: vgl. G. GALILAEI, *Discorsi e dimostrazioni matematiche*, 1638, Giornata terza.

natura valeat in homine extraordinario, qualem Te universus orbis literatus meritissime suspicit. Et sane aliquando cum fratre miratus fui, quod responsum a Te ad suas acceperit, et diffusissimum simul et subtilium speculationum refertissimum, cui parando, habita ratione temporis, quo id acceperat, vix $\nu\chi\theta\eta\mu\epsilon\rho\nu$ Tibi suppetiisse aestimaveramus. Sed et aliud est et praecipuum, cur vellem Tibi temperares; metuo Tuae valetudini, quam conservari omnium interest, hanc igitur, Vir Eximie, supra omnia cura, et vale, meque ceu facis, ama

Tuum obsequiosissimum

Jacobum Bernoulli mp.

P. S.

Meminit Nob. Dⁿ. Tschirnh. in 2^a editione *Medicinae Mentis*, p. 186 machinae cujusdam Arithmeticae, cujus Te inventorem praedicat. Valdopere me obstringes, si qua in re illa consistat, mihi patefeceris.

212. JACOB BERNOULLI FÜR LEIBNIZ

Basel, 2. Hälfte März 1696. [211. 235.]

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 56 Bl. 16–19. 2 Bog. 4°. 7 $\frac{3}{4}$ S. — Gedr.: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 35–44; 2. Jac. BERNOULLI, *Werke* 1, 4 u. 5 (Details s. Erl.).

2 responsum: N. 12, die Antwort auf III, 5 N. 202.

Zu N. 212: Die Abfertigung folgt N. 211, in der sie angekündigt worden war. Jac. Bernoulli hat anlässlich der Frankfurter Messe (die Ende März bis Anfang April 1696 stattfand; daher die Datierung) eine Sendung an Leibniz geschickt, die aus dem Vorabdruck von T. HOLLÄNDER, *Amaltheum astronomicum*, 1699 und aus den hier wiedergegebenen Auszügen aus seinen *Meditationes* bestehen sollte; die aber (wie wir aus Leibniz' Brief an Joh. Bernoulli vom 10. August 1696 (GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 313) erfahren) auch eine Reihendissertation (vermutlich die zweite) und seine *Notae et animadversiones tumultuariae in universum opus* [d. i. Geometria Cartesii], 1695 enthielt. Ob auch ein Begleitbrief Jac. Bernoullis, wie man nach dem folgenden Brief Jac. Bernoullis vermuten könnte, beilag oder gesondert versandt wurde, ist unbekannt. Diese Sendung erreichte Leibniz bis Juni 1696 (vgl. N. 246) nicht. Ein Hinweis im leibnizschen Brief an L'Hospital vom 30. Juli 1696 (GERHARDT, *Math. Schr.* 2, 1849, S. 315) und seine oben erwähnten Ausführungen im Brief an Johann bestätigen aber, dass die Sendung (mit N. 212, aber wohl ohne einen Brief) vor Ende Juli 1696 bei Leibniz eingetroffen war. Dies scheint Leibniz im nachfolgenden (nicht gefundenen) Brief vom 23. September 1696 jedoch nicht im Detail ausgeführt (er erwähnt jedoch das Buch Holländers) zu haben, so dass Jac. Bernoulli im Brief vom 6. Februar 1697 (GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 48) vermuten konnte, dass Teile der Sendung (die über einen unzuverlässigen Mittelsmann in Herborn lief) verloren gegangen seien.

I. Numerum quemcunque surdum, seu irrationalem \sqrt{n} vel $\sqrt{c.n}$ etc. per infinitam seriem rationalium exprimere.

Convertatur numerus n in fractionem hujus formae $\frac{a}{a-b}$; Haec fractio (ut et ejus \square^{tus} , cubus, Biquadr. etc.) convertantur per divisionem artificiosam in series, hoc pacto:

Expon. potest.	Potestates	5
0	$1 = 1 + 0 + 0 + 0 + 0 + 0$ etc.	
$\frac{1}{2}$	$\sqrt{\frac{a}{a-b}} = 1 + \frac{b}{2a} + \frac{1 \cdot 3bb}{2 \cdot 4aa} + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5b^3}{2 \cdot 4 \cdot 6a^3} + \frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7b^4}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8a^4}$ etc.	
1	$\frac{a}{a-b} = 1 + \frac{b}{a} + \frac{bb}{aa} + \frac{b^3}{a^3} + \frac{b^4}{a^4} + \frac{b^5}{a^5}$ etc.	
$1\frac{1}{2}$	$\frac{a}{a-b} \sqrt{\frac{a}{a-b}} = 1 + \frac{3b}{2a} + \frac{3 \cdot 5bb}{2 \cdot 4aa} + \frac{3 \cdot 5 \cdot 7b^3}{2 \cdot 4 \cdot 6a^3} +$	
2	$\frac{aa}{\square a-b} = 1 + \frac{2b}{a} + \frac{3bb}{aa} + \frac{4b^3}{a^3} + \frac{5b^4}{a^4} + \frac{6b^5}{a^5}$ etc.	10
$2\frac{1}{2}$	$\frac{a^3}{C. a-b} = 1 + \frac{3b}{a} + \frac{6bb}{aa} + \frac{10b^3}{a^3} + \frac{15b^4}{a^4} + \frac{21b^5}{a^5}$ etc.	
3	$\frac{a^4}{B. a-b} = 1 + \frac{4b}{a} + \frac{10bb}{aa} + \frac{20b^3}{a^3} + \frac{35b^4}{a^4} + \frac{56b^5}{a^5}$ etc.	
$3\frac{1}{2}$		
4		

 Medecin à Magdeburg J'ay crû devoir prendre la liberté de Vous demander la grace de
 Vouloir bien Vous informer si l'on pourroit avoir ces remedes ou de Magdeburg ou de
 Hall ou de quelqu'autre endroit, et à quel prix. On a bien ces remedes icy, mais Je doute
 de leur genuïté et bonté. Je Vous demande mille fois pardon Monsieur de la hardiesse que
 15 Je prens, et Je Vous devray en partie ma restitution, s'il plaira à Dieu de me la donner de
 sa grace. En attendant l'honneur de vôtre réponce Je suis avec un zele bien respectueux

Monsieur

Vôtre treshumble et tresobeïss^t servit.

J. S. Haes.

Cassel ce 6. Avril 1696.

A Monsieur Monsieur de Leibnitz Conseill^r de S. A. E. de Brounswic-Luneburg etc.
 20 à Hanovre.

1 aliis. (1) Vale (2) posse *L*

Zu N. 223: Die Abfertigung folgt N. 219 und wird vermutlich zusammen mit diesem Stück beantwortet durch ein nicht gefundenes Schreiben vom 19. April 1696, dem N. 225 beilag. 9 teinture aperitive: Diese „öffnende Tinktur“ mit u. a. harntreibender, appetitanregender und durststillender Wirkung wurde als Abtreibungs- und Abführmittel angewendet. 10 D^r Moebius: wohl Gottfried Moebius (1611–1664), der Arzneykunde in Jena studierte und dort Professor der Medizin wurde. 10 spiritum Martis: Schröders Arzneymittel Eisengeist oder Eisenvitriolgeist. 10 D^r Hoffman: Friedrich Hoffmann (1626–1675), Arzt in Magdeburg u. Halle verfasste die Schrift *Clavis pharmaceutica Schröderiana*, 1675; 2. Ausg. 1681.

224. JOHANN BERNOULLI AN LEIBNIZ

Groningen, 7. (17.) April 1696. [214. 229.]

Überlieferung:

- K^1 Konzept: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 18 Bl. 36.37.34.35.33.32. 2 Bog. 2 Bl. 4°. 11 $\frac{1}{2}$ S.
 K^2 Abfertigung: LBr. 57,1 Bl. 66.70.67.69.68. 2 Bog. 1 Bl. 4°. 9 $\frac{4}{5}$ S. Randschäden. Textverlust. 5
 Bemerkungen von Leibniz' Hand. (Unsere Druckvorlage)
E Erstdruck nach einer unbekanntem Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 148 bis 155 (teilw.). — Danach (mit Ausnahme der in *E* fehlenden Passagen, die nach K^2 gedruckt sind): GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 263–273 (teilw.).

Vir Amplissime atque Celeberrime Fautor Honoratissime 10

Vellem tandem disceptationum nostrarum finem videre (quod et ipse haud dubie desiderabis) praesertim cum summam rei non spectent in qua utique convenimus; sed ut Tibi cedam et discrepantias meas mittam quae in aliquibus circumstantiis mihi supersunt, dispiciendum nobis potius erit, qua ratione unitis viribus veritatem adeo claram ab antagonistarum telis vindicare possimus, quanquam interim Te solum hujus veritatis primum detectorem eidem defendendae plus satis parem putem. Noli quaeso verba sincero utut imprudenti mihi elapsa ita inique interpretari, quasi Te cujusdam iniquitatis arguam, absit hoc procul, novi ingenuitatem Tuam quam cum profunda Scientia et Eruditione conjunctam habes: optarem ut Tibi satis innotesceret quanti Te aestimem, quam longe Te omnibus qui Mathematici, Physici, Philosophi audire volunt praeferam, quam crebro unicum Leibnitium in ore habeam apud omnes quibuscum quotidie conversari datur. Interim etiamnum sententiam meam tueor duas nimirum quantitates fluidorum aequivelocium incurrentium in duo corpora aequalia, illis inferre vires, quae sunt in ratione quantitatum fluidorum, sed hic suppono quantitates fluidorum infinite parvas esse 15 20

11 tandem (1) dissentionum (2) disceptationum K^1 12–14 convenimus | sed ut ... supersunt *erg.* | et proinde dispiciendum K^1 19 satis *erg.* K^1 20 Physici, Philosophi *erg.* K^1 22 datur. | Nosti vero et me ex mente et verbis, non dubito quin Tibi candor meus jam probe sit compertus, qui solus omnem a Te avertere deberet suspicionem. *gestr.* | | Interim *erg.* | Etiamnum K^1

Zu N. 224: Die Abfertigung antwortet auf N. 214 und wird beantwortet durch N. 229.

respectu corporum in quae incurrunt (uti revera supponi debet, hoc enim simili usus
 sum ad explicandum impulsum momentaneum materiae gravificae, quae utique quolibet
 tempusculo non nisi infinite parva sui portione in grave impingit) adeoque fluida totam
 suam vim transferre in corpora, siquidem particulae fluidi ob continuo alias subsequen-
 tes post impulsum quiescere censendae sunt. Hac itaque ratione assertum meum non
 5 potest in dubium vocari; fluido enim A incurrente in corpus L ipsique totam suam vim
 inferente, et fluido priori simili et aequaveloci B incurrente in corpus M aequale corpori
 L huicque pariter totam suam vim imprimente, erunt dubio procul vires productae in
 corporibus L et M (licet etiam L et M non essent aequalia) ut vires fluidorum ante im-
 10 pulsum, utpote ipsis aequales, adeoque ut magnitudines fluidorum, quis enim dubitabit
 de eo quod fluidorum homogeneorum et aequavelocium vires sint ut magnitudines eorum,
 cum hic evidens sit repetitio non modalitatis sed realitatis. Vides ergo exemplum Tuum
 corporum solidorum non infinite parvorum in alia corpora quiescentia incurrentium huc
 non quadrare; Interim (ut hoc obiter moneam) festinando errorem calculi admisisse hic
 15 videris, dicis enim: *Si globus A , 1, celeritate, 1, incurrat in globum L , 1, quiescentem;*
accipiet globus L celeritatem, 1, hoc verissimum est; Si vero globus B , 2, celeritate, 1,
incurrat in globum M , 1, quiescentem; accipiet globus M celeritatem 4; puto ego globum
 M accepturum esse celeritatem, $\frac{4}{3}$, secundum regulas communicationis motus novo prin-
 cipio superstructas, quarum formulas in praecedentibus meis exhibui, quasque ex iisdem
 20 aequationibus eliciebam quas in ultimis Tuis exprimis; compositis nempe legibus virium
 absolutarum et directionis conservandarum: Ergo vires impressae ipsi M non multo
 plus sed paulo minus quam duplae sunt earum quae impressae
 sunt ipsi L . An actio materiae gravificae per ictus discretos an vero per pressionem
 continuam explicari debeat amplius haud disquiramus, sunt enim tantum diversi modi
 25 unam eandemque rem contemplandi, qui si dextre adhibeantur nullus dubito quin idem
 concludant. Sed inexpectatam mihi affers distinctionem inter *ictum esse aequae fortem*
 et inter *eandem in percusso produci potentiae quantitatem* quae duo ut fatear eadem
 putabam considerando ictum fortiorem vel minus fortem tanquam percutientis effectum

5 f. non poterit K^1 17 ego *fehlt* K^1

12 exemplum Tuum: vgl. N. 214, S. 702. 15 dicis: ebd. 19 exhibui: vgl. N. 208, S. 674.
 20 ultimis Tuis: vgl. N. 214, S. 709. 26 distinctionem: vgl. N. 214, S. 703.

qui est aequalis potentiae quantitati productae in percusso. Miror quod non jam diu hanc distinctionem protuleris in responsione ad exemplum meum testudinis, ubi aequalitatem ictus quam nunc concedis, aperte satis negare videris; sed quicquid sit status controversiae nunc huc redit an duo corpora aequalia sive in motu sive in quiete constituta et aequifortes ictus recipientia, recipiant etiam aequalem vim vel potentiam. Tu id negas, ego vero[,] etiamsi ratio mihi contrarium dictitet, in suspensio haereo, propter id ipsum quod negas, malo enim imposterum mihi met ipsi diffidere quam a Te dissentire; Et propterea optarim meas difficultates a me non accipias tanquam ab Adversario, sed potius tanquam ab amico qui quid ab Adversario fieri possit sincere monet. Hoc saltem explicatum mihi vellem quid aequifortiter ferire sit aliud nisi eandem vim imprimere alias de ictu non habeo conceptum clarum et distinctum.

Multum gaudeo quod monitum meum ad Tuam aestimationem resistentiae absolutae tam benigne exceperis; diu enim haesitabam an e re esset talia a Te jam olim prolata insinuare, veritus ne Tibi importune caderent eorum denuo recordari. Unde vides, me amore veritatis ductum interdum monere quaedam, de quorum licet eventu an nimirum grata sint futura ipse dubitem.

Optime praevides elusiones Dⁿⁱ Papini ad quas in antecessum se praeparare videtur, eo ipso quod verba Tua intempestive satis pervertit mutando vim in motum quasi nesciret quale intersit discrimen, cum tamen in hoc praecipuus controversiae cardo versetur. Sic nec ego consultum duco eum corrigere et in meliorem viam redigere velle, cum *oleum et operam* perditurus esses, quam utilius collocares meo iudicio, si rem totam bono reip. literariae publice exponeres non quidem sub forma responsionis[,] hoc enim Papinum silere non faceret, sed potius praemoneres Lectorem Te traditurum relationem historicam totius controversiae et simul explicationem difficultatum hactenus propositarum, alias autem novas Te a nemine expectaturum, sed totum negotium ad iudicium Lectoris remissurum, ne tempus Tibi adeo pretiosum litigando inutiliter pereat.

4f. aequalia |sive in motu ... in quiete erg. | aequifortes *K*¹ 9 acciperes *K*¹
 12 clarum et erg. *K*¹ 20 praecipuus erg. *K*¹ 22 operam perderes, quam *K*¹ 23 exponeres |et
 argumenta pro et contra fuse explicares et enodares *gestr.* | non quidem *K*¹

2 exemplum meum: vgl. N. 189, S. 588. 13 monitum meum: vgl. N. 208, S. 669. 19 verba
 Tua: vgl. N. 214, S. 703 Z. 26. 22 *oleum et operam*: vgl. T. PLAUTUS, *Poenulus*, 332.

Me sane immerentem severa nimis censura perstringis, retundendo nescio qua indignatione objectionem adeo amice factam contra argumentum Tuum a priori; cum tamen ab initio objectionis diserte dixerim, eam non a me sed ab Adversario proficisci putandum esse; sed quid multum? Inventorum Tuorum sum praeco ubicunque datur
 5 occasio, quid ergo succenses si ut eorundem veritatis defensor esse possim, a Te difficultatum enodationem subinde peto, qua Adversariis obviam ire queam. Quicquid sit si objectiones meae vel minimum offendant, impone mihi silentium, et compescam luxuriantem calamum ne forte praecipitem sententiam ferat quae me attentionis defectus reum faciat, dico forte, divinare enim non possum an argumentatio quaedam
 10 Tibi sit obiter elapsa an vero a pluribus annis considerata; sumus homines et erroribus obnoxii, si ergo in aestimanda resistantia absoluta et fortasse in aliis paralogismus excidere potuit Tibi, quid ni et idem hic contingere potuisset. Sed ut videas quod res est, exponam paucis causam quae me fecit *prendre le change*, id quod credebam fuisse legitimam retorsionem: Sumebam terminos virtualiter et formaliter
 15 alio sensu quam eo quo nunc eos explicas, et quidem non sine omni ratione: Etenim per actionem virtuales intelligebam vim ipsam vel virtutem rei agentis, et hoc sensu praemissa mea secunda quam negas erit verissima, *actio faciens duplum tempore duplo est simpla virtualiter actionis facientis simplum tempore simplo* id est Eadem vis vel virtus corporis requiritur ad percurrendum spatium
 20 duplum tempore duplo, quae requiritur ad percurrendum spatium simplum tempore simplo; utroque enim in casu celeritas corporis et proinde etiam potentia est eadem. Et per actionem formalem intelligebam effectum jam productum, ut via quaedam manet semper ejusdem longitudinis, sive sit una sive duabus horis percursa: hocque sensu praemissa mea prima alterius retorsionis erit etiam vera
 25 *Actio faciens duplum tempore simplo est simpla formaliter actionis facientis idem duplum tempore duplo* id est spatium percursus intra minutum unum a corpore celeritatis duplae est aequale spatio percursus intra minuta duo a corpore celeritatis simplae. Vides itaque me non ita loquutum fuisse ac si possent propositiones assumi pro arbitrio, sed omnia ma-

7 meae (1) non placeant (2) vel ... offendant K^1


3 dixerim: vgl. N. 208, S. 671. 17 praemissa mea secunda: vgl. hierzu N. 208, S. 672 Z. 5.
 24 praemissa mea prima: vgl. hierzu N. 208, S. 672 Z. 9.

ture expendisse antequam ea Tibi perscripsissem: Interim Tua responsio mihi nunc plene satisfacit eoque proin acquiesco, video enim quid duo isti termini significant[.] Caeterum argumentatio ista Tua mihi videtur elegantissima et publico non amplius invidenda, multum enim ponderis tribuet argumentis a posteriori.

Quae de conservanda non solum virium motricium sed et directionis quantitate vel quod idem esse me divinasse ais (quamvis non casu sed industria eo pervenerim) de conservato semper progressu centri gravitatis habes, omnino mihi placent; Et memorabile imprimis est, quod lex tertia *conservandae celeritatis respectivae ejusdem seu ejusdem differentiae celeritatum ante et post concursum*; quae alias ut bene notas ex vi elastica concurrentium ostendi potest, tam pulchre ex duabus praecedentibus tanquam corollarium fluit, qui consensus non parum confirmat principium conservationis virium: Alia procul dubio arcana sub his latent; putem ergo alias posse condi leges quam plurimas, si loco divisionis adhibeamus multiplicationem, multiplicando nempe aequationem 1 per aequat. 2 vel 3 et quae provenit iterum per unam inferiorum quod in infinitum continuari potest. Propositionem ex conservato progressu centri gravitatis decerptam quam Hugenus jure merito ex profunda meditatione ortam dixit, et quam ante aliquot annos Diario Parisino inseri curasti, mihi sine mora communicaverat Dⁿ. Varignonius, cujus Demonstrationem etiam tunc e vestigio inveneram. Sit enim

5 non solum . . . sed et *erg. K¹* 6 non (1) palpando (2) casu sed *K¹* 11 f. qui consensus . . .
 conservationis quantitatis virium *erg. K¹* 13 condi (1) regulas (2) leges *K¹*

6 me divinasse ais: vgl. N. 214, S. 707. 16 dixit: vgl. Ch. HUYGENS, *Horologium oscillatorium*, 1673, pars IV; insbes. S. 91. 17 curasti: LEIBNIZ, *Regle generale de la composition des mouvemens*, in: *Journal des sçavans*, 7. Sept. 1693, S. 648–651 u. *Deux problemes construits par Mr. de Leibniz*, in: *Journal des sçavans*, 14. Sept. 1693, S. 657–659. 17 f. communicaverat: vgl. Varignons Brief an Joh. Bernoulli vom 20. September 1693 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 49–51).



mobile A tendens simul celeritatibus et directionibus AB, AC, AD, AE etc. et sit AF directio et celeritas mobilis A qua fertur ex motu composito: dico AF (productam) transiuram per centrum commune gravitatis G punctorum B, C, D, E etc. et esse ad AG ut numerus punctorum ad unitatem: Motus enim particulares BA, CA, DA, EA intelligi possent tanquam compositi ex collateralibus $B\beta$ et $Bb, C\gamma$ et $Cc, D\delta$ et $Dd, E\epsilon$ et Ee etc.[;] quoniam itaque FA est directio motus compositi, erunt celeritates affirmativae aequales celeritatibus negativis, id est $B\beta + C\gamma$ etc. = $E\epsilon + D\delta$ etc. Ergo ut patet ex staticis $FA\gamma\delta$ est axis aequilibrii seu transit per centrum gravitatis punctorum B, C, D, E etc. Porro quia Bb, Cc, Dd, Ee etc. sunt parallelae AF , erunt


celeritates partiales simul sumtae $Bb + Cc + Dd + Ee$ etc. = celeritati compositae AF ; est autem ut iterum constat ex staticis $Bb + Cc + Dd + Ee$ ad AG ut numerus punctorum B, C, D, E ad unitatem, Ergo etc. Q. E. D. Hinc ultro sequitur si mobile A sit in ipso centro gravitatis G constitutum et sollicitetur a potentiis AB, AC, AD, AE etc. secundum directiones AB, AC, AD, AE etc. mobile A mansurum in quiete; cujus generalissimi theorematis illud tantum est casus specialis, quod apud Hugenium aliosque me legisse memini; nimirum si corpus in centro gravitatis trianguli cujuscunque vel etiam pyramidis triangularis cujuscunque constitutum tendatur a potentiis secundum directiones linearum ab angulis ad centrum ductarum in earundemque ratione, corpus illud neutrorum motum iri et proinde quieturum: Ex hisce autem patet non solum hic sed in omnibus

5 centrum commune gravitatis | G erg. | $K^1 K^2$; in beiden Fassungen fehlt der Punkt G in der Zeichnung 14+19 ex (1) mechanicis (2) staticis K^1 24 cujuscunque fehlt K^1 25 cujuscunque fehlt K^1

23 apud Hugenium: vgl. zum Folgenden Ch. HUYGENS, *Horologium oscillatorium*, 1673, pars IV, prop. XXI u. XXII.

aliis centrum potentiarum ut ita loquar esse idem quod centrum gravitatis; Hoc enim triangulo et pyramidi triangulari proprium est quod eorum centrum gravitatis sit etiam centrum gravitatis punctorum angularium.

Concedo resistantias medii respective resistantis esse ut quadrata celeritatum mobilis si per resistantias intelligantur decremента celeritatum; sed si per resistantias intelligamus (quod meo iudicio etiam sic intelligendum est) decremента virium mobilis quovis tempusculo amissa, erunt citra omnem controversiam resistantiae ut cubi celeritatum. Meditationes meae, ut vocas, de centro oscillationis, non quidem sunt multae vel magni momenti; interim uno theoremate totam doctrinam pendulorum complecti possum, quod cum Hugenianis optime conspirat; neque considero centrum gravitatis, quod Hugenius aequaliter descendere et ascendere supposuit sive corpora separatim sive conjunctim oscillentur, sed assumo novum Tuum principium de conservatione ejusdem quantitatis virium, ex quo dein principium Hugenianum tanquam consecarium deducitur: Sit enim



pendulum HA compositum ex quotvis gravibus A, B, C etc. perticae rigidae et nullius gravitatis HA affixis, et agitatum circa centrum H , quaeritur longitudo penduli simplicis et isochroni HG : Ponantur distantiae gravium penduli compositi AH, BH, CH etc. aequales a, b, c etc. et distantia penduli simplicis $GH = x$. Postquam nunc pendulum descendit, quantum descendere potest, nempe in situm verticalem, erunt celeritates punctorum A, B, C etc. G , ut a, b, c etc. x , ergo quantitas virium gravium A, B, C etc. erit $aaA + bbB + ccC$ etc. Consideremus jam corpora A, B, C etc. non amplius perticae affixa sed quodlibet in sua distantia separatim oscillari circa H , erunt per naturam gravium descendentium jam notam et receptam celeritates gravium A, B, C etc. quando in situm verticalem venerint $\sqrt{ax}, \sqrt{bx}, \sqrt{cx}$ etc. suppono enim celeritatem puncti G esse x ; Ergo

1 ut ita loquar *erg.* K^1 14 quotvis (1) corporibus (2) gravibus K^1 14f. et nullius gravitatis *erg.* K^1 16 distantiae (1) vel celeritates corporum (2) gravium K^1 17 distantia (1) seu celeritas (2) penduli K^1

8 ut vocas: vgl. N. 214, S. 710.

11 supposuit: vgl. Ch. HUYGENS, *a. a. O.*, S. 95.

hoc modo quantitas virium gravium A, B, C etc. erit $axA + bxB + cxC$ etc. quoniam autem utroque modo suppono eandem virium quantitatem esse, erit $aaA + bbB + ccC$ etc. = $aAx + bBx + cCx$ etc. et proinde $x = \frac{aaA + bbB + ccC \text{ etc.}}{aA + bB + cC \text{ etc.}}$; Atque haec est propositio fundamentalis quam Hugenius in suo tract. pag. 100 operose admodum et per deductionem ad absurdum justo majoris minorisve ascensus centri gravitatis (quod ego ne considero quidem) demonstravit, et ex qua omnia caetera theoremata Hugeniiana facillime eliciuntur: Adeo ut etiam hinc veritas novi principii patescat, quia cum Hugeniiana tam mirifice convenit: Liquet etiam ex hac aequatione centrum oscillationis illud ipsum esse quod vulgo statuitur percussiois.

Haud mediocriter Tibi sum obstrictus, quod D^{no} Menckenio integritatem meam tuo testimonio comprobata reddere volueris. Paucis abhinc diebus *Acta Eruditorum* inter quae etiam mensem Decemb. superioris anni accepi; non possum non magnopere mirari Fratris mei animum atro nimis livore contra me etiamnum obsessum; credebam equidem discessum meum omnia expiasse, et propterea statim sub adventum meum hinc ad illum scripsi quam humanissime ut eo facilius cum illo in gratiam redirem, sed nondum respondit et nunquam illum responsurum puto: Quin potius contrarium nunc video; an nondum in illo mense legisti quam acriter nescio qua simultate et aemulatione agitatus contra me scripserit, quam abjecte de me loquatur? Utique non dignabor illum responsione ut Tuae et Dⁿⁱ Menckenii admonitioni locum dem, quid enim responderem ad cavillationes, ad nugas, ad ineptias insulsissimas quibus totum ejus schediasma scatet. Interim mihi pergratum foret, si data occasione Tu ipse meam causam susciperes et oblique insinuares quod de fratre et quod de me Tibi constat, ut Lectores cernerent quid de utriusque animo sentiendum, et ab illius ineptiis non statim praeveniantur. Quid quaeso quaerit pag. 546 cum *historiola* sua? quid per illam Lectori seritur aut metitur? vel qua necessitate et occasione adducit eam? nisi forte ut suam in resolvendis problematibus promptitudinem mirum quantum extollat, m[e] vero quantum possit deprimat. Interim si dicendum quod

4–6 quam Hugenius ... demonstravit *erg.* K^1 6 omnia |(caetera) *erg.*| theoremata K^1

14–16 omnia (1) expiaturum et placaturum, sed contrarium proh dolor! nunc video (2) expias et propterea ... nunc video K^1 23 quaeso (1) sibi vult (2) quaerit K^1

13 animum: vgl. zum Folgenden Jac. BERNOULLI, *Explicationes, annotationes et additiones*, in: *Acta erud.*, Dez. 1695, S. 537–553. 15 scripsi: nicht gefunden; wohl das letzte Stück der (nicht öffentlichen) Korrespondenz der Brüder.

res est (Dⁿ. Hospitalius mihi testis erit) aequalitatem $adsddx = dy^3$ ad quam pervenerat non potuit resolvere et ad finem perducere utut per annum vel plus ipsi inhaeserit, ceu ex literis ejus ostendere possum, donec illam mihi tunc Parisiis commoranti communicatam (ut nempe constructionem ejus tentarem) e vestigio resolvissem et vidissem curvam hujus aequationis eandem esse cum catenaria; quam solutionem cum fratri remissem (non obstante quod D. Hospitalius mihi suaderet eam paulisper tegere, et illi tantum significare me solutionis fuisse compotem, ut viderem an illam etiam repererit) mox rescripsit se etiam ante acceptas meas literas incidisse in curvam catenariam, quam inventionem tanquam suam protinus Lipsiam misit: nunc Tibi judicandum relinquo, an verosimile sit, fratrem praecise eo tempore quo literae hinc inde currebant praestitisse quod antea per totum annum praestare non poterat; an non potius sit probabile, meam solutionem sibi arrogando plagium commisisse. Sed vide hominis impudentiam in aliis; pag. 540 dicit *quinimo generalis est natura condescriptarum, ut ipsarum vel aggregatum vel differentia ad arcum circuli reduci possit, quod etiam fratri observatum video*; numquid ut ejus verbis utar haec sunt *ova post prandium*; quasi ille hanc condescriptarum proprietatem tanquam aliquid obvium et quod publicari non meretur diu ante me observaverit dum dicit *quod etiam fratri observatum video*, quid sibi hic vult τὸ etiam? tantum non post me; sic est invidet mihi inventi gloriam, dum tam dolose reticet, quod sub discessum meum hanc condescriptarum naturam a me didicerit, quae alias nunquam sibi in mentem venisset; quod si utile hoc inventum nondum publicassem non dubito quin se ejus primum auctorem dixisset, et longe pomposioribus verbis praestantiam depraedicasset, quemadmodum idem fecit cum suis formulis pro invenienda longitudine radii

2 et ad finem perducere *erg.* K¹ 8 etiam (1) eas (2) ante ... literas K¹ 16 et quod ... meretur *erg.* K¹ 16 diu *fehlt* K¹ 17f. *etiam?* (1) potuisset impudentior esse si dixisset *postea* nisi fere postera? (2) tantum ... me K¹ 19f. nunquam (1) cogitasset si (2) sibi ... si K¹

2 per annum vel plus: Die ursprüngliche Differentialgleichung, die Jacob im Januar 1691 an Johann sandte (Brief nicht gefunden), hatte die Form $dx^2 : dx = dy^3 : \int y^3$. Erst Ende 1691 gelang es Jacob, diese Gleichung in die Form $adsddx = dy^3$ zu überführen. Von dieser neuen Form kannte Jacob aber bereits die Kettenlinie als Lösung. 3 communicatam: Im Januar 1692 sandte Jacob die neue Form der Differentialgleichung an Johann (Brief nicht gefunden). 5 remissem: Brief nicht gefunden, so auch der Antwortbrief Jacobs. 9 misit: mit einem nicht gefundenen Brief vom 9. (19.) März 1692, dem die Abhandlung *Curvatura veli* beilag, die in den *Acta erud.* vom Mai 1692 (S. 202–207) erschien. 14 *observatum*: vgl. Joh. BERNOULLI, *Meditatio de dimensione linearum curvarum per circulares*, in: *Acta erud.*, Aug. 1695, S. 374–376. 14f. *ejus verbis*: vgl. Jac. BERNOULLI, *Explicationes, annotationes et additiones*, in: *Acta erud.*, Dez. 1695, S. 550. 22 fecit: vgl. die erste öffentliche Erwähnung in Jac. BERNOULLI, *Curvae Dia-Causticae*, in: *Acta erud.*, Jun. 1693, S. 244–256.

circuli osculatoris, quas tamen nemo non mediocriter in nostris versatus facillime elicere potest: Nunc autem cum jam a me publicatum extet, vix dignum censet ut obiter et vix tribus verbis de illo tanquam jam pridem sibi cognito loquatur: cum tamen et Tibi et Dⁿ. Tschirnhausio multum placuisse ex *Actis* videam. Haec omnia condonari possent
 5 fratri, si modo pag. 550 omnes modestiae leges non transgrederetur et malitiosissimam impudentiam indueret. Ecce quam rustice simul et jejune me ludat; non puto ex faece plebis homines incomptius agere posse; quid inficetius dici potuisset quam me *ova post prandium apponere*? o insipida ova! ac si aliquid novi esset quod solutio prior tempore quam alia, tardius tamen lucem videat; interim, cave, putidum hoc proverbium etiam in
 10 Te quadrabit, si per illud intelligat, se primam dedisse solutionem problematis isochroni ope suae elasticae sibi soli tantopere laudatae, et proinde se ova ante prandium apposuisse, Tua enim solutio erat etiam posterior: Sin autem velit dicere id se peculiare ante me fecisse quod curvam isochronam per rectificationem curvae algebraicae constructam ante me in *Actis* publicarit, tunc ipse non minus *ova post prandium apponit*; Nam constructio
 15 Tua per curvam algebraicam omnium prima in *Actis* prodiit. Nunc Tibi rem gestam una cum causa cur mea solutio uno mense tardius quam secunda solutio fraterna in *Actis* apparuerit, narrabo, ex quibus nequ[itiam] fratris mei nunquam satis miraberis: Cum primam ejus solutionem curvae isochronae, quae m. Junio 1694 inserta est, ibidem praeter expectationem reperissem (nesciebam enim antea quod de hoc problemate quicquam
 20 Lipsiam misisset) non nego, occasionem illa dedit mihi, sicuti et haud dubie Tibi, quaerendi aliam constructionem naturaliore et quae perageretur ope rectificationis curvae

2f. ut (1) tribus verbis (2) obiter et tribus verbis K^1 7 inficetius (1) quam dicere m e o v a
 (2) dici ... m e o v a K^1 8 o insipida ova! *fehlt* K^1 9 cave *fehlt* K^1 10 si (1) velit dicere
 (2) per illud intelligat K^1 13f. isochronam (1) uterque construximus per rectificationem curvae
 algebraicae, quam lemniscatam vocat, tunc (2) per rectificationem ... tunc K^1

4 multum placuisse: vermutlich Anspielung auf E.W. v. TSCHIRNHAUS, *Nova et singularis geometriae promotio*, in: *Acta erud.*, Nov. 1695, S. 489–493 u. auf LEIBNIZ, *De novo usu centri gravitatis ad dimensiones*, in: *Acta erud.*, Nov. 1695, S. 493–495. 12 Tua enim solutio: LEIBNIZ, *Constructio propria problematis de curva isochrona paracentrica*, in: *Acta erud.*, Aug. 1694, S. 364–375.
 14 publicarit: Jac. BERNOULLI, *Solutio problematis Leibnitiani*, in: *Acta erud.*, Jun. 1694, S. 276–280.
 16 mea solutio: Joh. BERNOULLI, *Constructio facilis curvae accessus aequabilis a puncto dato per rectificationem curvae algebraicae*, in: *Acta erud.*, Okt. 1694, S. 394–399 [474–479]. 16 secunda solutio fraterna: Jac. BERNOULLI, *Constructio curvae accessus et recessus aequabilis*, in: *Acta erud.*, Sept. 1694, S. 336–338 [416–418].

algebraicae, non autem transcendentis illius fraternae, quae ipsa constructa difficillima
 erat et supponebat quadraturas spatii: quid multum? meditor, calculo, in mentem revoco
 quae olim super hac materia mihi obveniebant, uno verbo intra unius horae spatium ple-
 nariam solutionem invenio et plus quam antea sperabam, nam non solum detexi modum
 construendi isochronam per extensionem curvae algebraicae, sed ipsam etiam ejus elasti- 5
 cam ad extensionem ellipticae et ejusdem curvae algebraicae reduxi, quod frater non nisi
 per operosam quadraturam fecerat. Ab eo momento constitui novam hanc solutionem
 in *Actis* publicare, sed quid accidit? aperio meum inventum cuidam amico significans
 ipsi me reperisse solutionem curvarum isochronae et elasticae mediante extensione com-
 munitatis curvae algebraicae; amicus iste paulo post fratrem in aedibus suis conveniens, 10
 eidem omnia innocenter refert, quae super hac re sibi dixeram: frater his vix cito satis
 perceptis, se problemati de novo applicat et tandem genuinam solutionem eruit; Dum
 ego omnium horum ignarus solutionem meam lente scriptis mandabam, dum scriptam
 affini meo qui iter meditabatur in Germaniam et primum ad nundinas Francofurtenses
 per tres septimanas ibi commorandum proficiscebatur tradebam Lipsiam deportandam; 15
 frater ut callide me praeveniret, quantum potuit festinavit et novam solutionem per Cur-
 sorem publicum Lipsiam misit: Hinc, quid mirum? fraternum Schediasma quod tardius
 Basilea emissum, citius Lipsiam appulit, meum vero citius profectum tardius pervenit.
 Certe si Dⁿ. Menckenius vellet horum recordari, et in literas nostras inquirere, videret
 meas literas vetustiores esse, meisque proin verbis facile fidem haberet. Sed prolixum 20
 nimis foret et Tibi molestum si omnes technas, omnia artificiola vellem recensere, quibus
 utitur ad nocendum mihi meaeque famae. Vides ipse satis, nihil a mordaci suo dente
 intactum relinquere quod a me in lucem est editum: Nunc hoc nunc illud ipsi non placet,
 dicit meam methodum construendi aequationes differentiales sine separatione indeter-
 minatarum, nihil valere et nullius usus esse, nihilque ibi me habere, quod non antea a 25

2 calculo *erg.* K^1 9 et elasticae *erg.* K^1 11 innocenter (1) retulit, quibus vix cito (2)
 refert | quae super . . . dixeram *erg.* | frater his vix cito K^1 18 meum vero | quod ad minimum *gestr.* |
 citius K^1 21 et Tibi (1) haud dubie (—) (2) molestum *erg.* K^1 23–740,3 editum. | Nunc hoc . . .
 ne quidem *erg.* | Innocua K^1

8 amico: nicht ermittelt. 14 affini meo: nicht ermittelt. 20 meas literas: Brief nicht ermit-
 telt, ebensowenig derjenige des Bruders. 24 dicit: Jac. BERNOULLI, *Explicationes, annotationes et*
additiones, in: *Acta erud.*, Dez. 1695, S. 551.

Te fuerit praestitum; ac si nihil sit novi quod ibi ostendi omnes curvas etiam transcen-
 dentes quae eidem aequationi differentiali satisfaciunt habere certa quaedam puncta ut
 flexus contrarios quae semper sunt in curva algebraica. Ne quidem innocua mea series
 universalis pro quadraturis et rectificationibus quae Tibi tantopere placuit impune abiit:
 5 dicit pag. 551: *Sed nec series, alias satis ingeniosa (quam coacte!) quam nobis dedit hic*
in usum verti potest: quod tenendum, ne quis existimet haec adeo universalia esse, ut
nihil amplius desiderari possit. Quis obsecro venditavit hanc seriem pro separandis inde-
 terminatis in aequatione differentiali? qualis affinitas inter separationem istam et inter
 quadraturas et rectificationes, pro quibus solis illam excogitavi quamvis interdum etiam
 10 commode ad alia possit applicari; proponat nunc mihi exemplum quadrandi spatii vel
 rectificandae curvae, sive indeterminatae in aequatione differentiali sint separatae sive
 non separatae, ubi series ista non succedat. Certe si unquam generale quid inventum sit,
 poterit haec mea series nomen generalitatis summo jure obtinere. Sed caetera transeo
 petoque veniam mearum querelarum quas quia id publice facere verecundia prohibet,
 15 Tibi homini candido exponere ausus sum, iterum rogans ut si quid commode fieri possit,
 mei quondam defensionem suscipias; ne forte qui istas nugas legunt sequiorem de me
 capiant opinionem: interim Tuo prudenti consilio omnia relinquo, optime ipse perspicias
 qua ratione id commodissime fieri possit.

Gratias ago pro communicatione descriptionis antidysenterici. Praeterita septimana
 20 accepi pro Te tres libras corticis Peruvianae, indica viam qua illas optime Tibi transmit-
 tere possim. Nunc Pharmacopola Amstelodamensis offert Ipecacuanham pro longe viliori
 pretio nempe 80 a 90 flor. Holl. De usu ejus ut et herbae Paraguay, et modo obtinendi,
 nihil sibi innotescere dicit: curabo tamen ut id aliunde discam. Noster Professor Medici-
 nae Practicae asseverat se in se ipso periculum fecisse herbae Paraguay assumendo illam

12f. Certe si ... obtinere *erg.* K^1 17f. optime ... possit *erg.* K^1 19–21 antydisenterici. (1)
 Hac septimana frater mens pharmacopaeus literas accepit Amstelodamo, a Pharmacopola, qui promittit
 se mihi tres libras Corticis peruvianae optimae | propediem *erg.* | missurum: Nunc offert (2) Praeterita
 septimana ... offert K^1 22 ut et herbae paraguay *erg.* K^1 23–741,2 Noster Professor ... effectum
 habuisse *erg.* K^1

1 ostendi: vgl. Joh. BERNOULLI, *Modus generalis construendi omnes aequationes differentiales
 primi gradus*, in: *Acta erud.*, Nov. 1694, S. 435–437 [515–517]. 19 communicatione: Die leibnizsche
Relatio ... de novo antydisenterico Americano, 1696 war Beilage zu N. 214. 21 Pharmacopola: Name
 nicht ermittelt. 23f. Professor Medicinae Practicae: Theodorus van Essen.

satis magna dosi, sed se nihil plane virtutis emeticae persensisse, nec etiam alium vel minimum effectum habuisse.

Jam olim Tibi aperui mihi perplacere ut adhiheat \int pro summis et me imposterum eodem signo usurum: quod autem in responsione ad objectionem Nieuwentiitii vocabulum *i n t e g r a l i s* etiamnum usurpaverim id ideo factum est, quia iisdem verbis quibus Nieuwentiit objiciebat ego respondere volebam. Interim non inconsultum mihi videtur, si Lectores admonerentur idem intelligendum esse per summam vel \int , quod nos antehac per integrale vel *I* denotare voluimus, quandoquidem haec expressio jam passim invaluit. Pariter Tua ratio exhibendi divisionem per duo puncta commodissima mihi videtur, sed ipsi assuescere difficile erit; ita ut illi qui vulgari divisioni assueti sunt vix uno intuitu dividendum et divisorem distinguere possint, praesertim quando fractio fractionis occurrit¹⁰ ut si pro $\frac{a + \frac{b}{c}}{e - \frac{f}{g}}$ scribatur¹ $\overline{a + b} : \overline{c} : \overline{e - f} : \overline{g}$ non statim patet quid et per quod sit dividendum, praeterquam quod variae lineolae² suprascriptae non minus impedimentum pariunt in typis.

Nuper novi nostri Gubernatoris Principis Informator mihi misit *Actor*. Lips. an. 1690, 1693 et 1694 quos coëmit in auctione Librorum Hugonii; invenio ibi varias notas criticas breves, quas Hugenius ad marginem plumbagine scripsit, plerasque super ea quae Tu, Dⁿ. Tschirnhaus[,] frater et eg[o] publicavimus; nec Tibi³ nec nobis pepercit, praeser-

¹ ⟨Leibniz ändert in K^2 den Term in:⟩ $\overline{a + b} : \overline{c} : \overline{e - f} : \overline{g}$

² ⟨Darunter in K^2 von Leibniz' Hand:⟩ commata optima

³ ⟨Darüber in K^2 von Leibniz' Hand:⟩ omnia describenda

⁷ esse fehlt K^2 , *erg. Hrsg. nach K^1* ¹⁵ Principis Nassovii Informator K^1

³ aperui: vgl. N. 111, S. 348. ⁴ responsione: Joh. BERNOULLI, *Demonstratio analytica et synthetica suae constructionis curvae Beauniana*, in: *Acta erud.*, Feb. 1696, S. [82]–85. ¹⁵ Informator: Johannes Lemonon (1653–1716) war Erzieher des Stadthalters Johan Willem Friso Graf von Nassau-Dietz. ¹⁶ auctione: Zur Versteigerung der huygensschen Bibliothek vgl. H.-J. HESS, *Bücher aus dem Besitz von Christiaan Huygens (1629–1695) in der Niedersächsischen Landesbibliothek Hannover*, in: *Studia Leibnitiana* 12, 1980, S. 1–51. ¹⁶ notas: Sowohl die hier erwähnten als auch die später an Leibniz übersandten Marginalien in den *Acta eruditorum* sind abgedruckt in HUYGENS, *Œuvres* 22, S. 787–811.

tim Fratris multa ipsi displicent; Si curiosus es, ea quae Te concernunt Tibi transcribam. Curabo ut etiam caeteris annis potiar, ut quid de aliis senserit videam. Interim vale quam optime et ama ut soles

Ampl. T.

Devotissimum

J. Bernoulli.

Groningae⁴ 7 April. 1696

Nudius tertius accepi literas a D^o Marchione Hospitalio, ex quibus eum a morbo gravi restitutum intelligo. Dicas mihi quaeso an frater Tibi nondum scripserit, quemadmodum promiserat cum adhuc Basileae essem. Frater meus junior hinc discessit abiturus in Galliam, ubi Marchionem aliosque quos ibi habeo Patronos et amicos salutandi copiam
 10 habebit. Si quid per eum factum cupias fac ut ocyus resciscam, ut id per literas ei significare possim quando Lutetiae fuerit. Non dubito quin ibi aliquandiu commoraturus sit si stationem inveniatur in Laboratorio Chymico quod ad Academiam Scientiarum pertinet, ubi strenue in Chymicis laboratur; in hunc finem accepit a me literas commendatitias.

225. LEIBNIZ AN DENIS PAPIN

Hannover, 9. (19.) April 1696. [220. 234.]

Überlieferung: *l* Verbesserte Reinschrift: LBr. 714 Bl. 65.68.66.67. 2 Bog. 4^o. 7 $\frac{1}{2}$ S. von Schreiberhand mit Ergänzungen, Korrekturen (*Lil*), Unterstreichungen sowie Bemerkungen von Leibniz' Hand. Eigh. Anschrift. — Gedr.: PAPIN, *Ouvrages* 7, 1893, S. 240–245 u. S. 236 bis 239.

⁴ ⟨Darunter in *K*² von Leibniz' Hand:⟩ Mach. A.[,] speciosa situs[,] fratris Parisina
 cor.

6 P.S. Nudius tertius *K*¹

6 literas: Brief L'Hospitals vom 2. April 1696 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 1, S. 313–314). 8 Frater meus junior: Hieronymus Bernoulli.

Zu N. 225: Die nicht gefundene Abfertigung, die wohl einem ebenfalls nicht gefundenen Schreiben an Haes beilag, wurde erst nach Leibniz' Abreise nach Wolfenbüttel (um den 25. April) von G. H. Kölbing abgeschickt; vgl. Kölbing's Brief an Leibniz vom 29. April (I, 12 N. 55). N. 225 antwortet auf N. 220 und wird beantwortet durch N. 234.

à Monsieur Papin professeur celebre pr^{mt} à Cassel

Monsieur

Hanover 9 Avril 1696

Je crois qu'il arrive non seulement à nous mais encore à beaucoup d'autres qu'ils ne conviennent point et ne concluent rien apres bien des disputes, parce qu'ils ne raisonnent point en forme. Car si le raisonnement étoit toujours poussé dans la rigueur de la forme, à l'égard des syllogismes et prosyllogismes et prosyllogismes des prosyllogismes; il faudroit à la fin reconnoitre de part et d'autre si la these est prouvée ou non. Cependant le peu d'agrément qu'il y a dans cette maniere de disputer, et l'air d'ecole qui y regne, font qu'on ne s'en sert gueres, mais c'est aux depens de la verité. Et comme je ne reconnois point assez ma réponse dans vôtre replique, j'ai cru qu'il falloit recourir à la forme, et voir si ce mojen ne nous pourroit point mettre d'accord. Je voudrois que vous mêmes eussies proposé vos syllogismes afin que j'y pûsse répondre; Cependant je crois de ne rien dire qui ne soit conforme à vôtre sentiment, en les formant ainsi.

Si¹ la matiere gravifique poussant un corps pessant et lui donnant un nouveau degré de tendence en bas, fait que le changement de la force est tousjours egal durant la

¹ (Die eingerückten Absätze sind mit einem Strich am linken Rand markiert, dazu am unteren Rand von Leibniz' Hand:.) Cette maniere de raisonner donne sujet à des remarques qui serviront pour avancer l'art de raisonner en forme. J'aurois pu tout disposer dans un seul sorites, mais cette procedure par degrés à la façon de l'ecole, quoyque plus ennuyeuse fait mieux voir le progrès du raisonnement. On auroit pû appeller les termes *A, B*, etc. en posant l'explication à part, pour abreger le discours, et empecher les repetitions; mais j'ay mieux aimé d'estre clair quoyque prolix. Il est bon de remarquer, que lors qu'on distingue un prosyllogisme on doit aussi appliquer la distinction au syllogisme precedent; comme icy concedant totum prosyll. 3 avec limitation, et appliquant ainsi la conclusion concedée au prosyll. 2 dont elle est la mineure, on y nie la majeure, quand on nie une proposition composée, il est raisonnable de marquer quelle partie on nie. Item au lieu de rendre raison de sa negation, à fin de ne nous pas engagner en preuves inutiles, il est bon de distinguer car cela donne des lumieres à l'adversaire, à fin de le faire eviter aussi la peine de se charger de preuves superflues, pour luy mieux marquer à quoy il se

² Hanover 9 Avril 1696 *Lil* 15–744,1 en bas, (1) soit que le corps soit en repos ou qu'il soit deja en mouvement de descendre; | il est vray qve *erg. Lil* | ce changement de la force dans ces differens cas est egal; et (2) fait qve le changement ... comme 2. *Stufe Lil* 28 f. à fin de le faire ... preuues superflues *erg. Lil*

descente comme le changement de la vistesse: il s'ensuit que dans ce corps la force est proportionelle à la vitesse. Or l'antecedent est veritable. Donc le consequent l'est aussi.

Je reponds en niant cette partie de la mineure, qui dit que durant la descente le changement de la force est egal; quoique j'accorde l'autre partie de la dite mineure, savoir l'egalité du changement de la vitesse. Vous pretendés, Monsieur de prouver encore cette egalité du changement de la force par une raison qu'on peut reduire à ce prosyllogisme.

1. prosyllogisme

Si en des differens cas tout est pareillement disposé dans le patient aussi bien que dans l'agent, le changement de la force dans ces differens cas est egal. Or lors que la matiere gravifique pousse un corps pesant et lui donne un nouveau degré de tendance en bas, soit que ce corps soit en repos, ou qu'il soit deja en mouvement, ce sont des differens cas, où tout est pareillement disposé dans le patient aussi bien que dans l'agent.

Donc lorsque la matiere gravifique pousse un corps pesant, et lui donne un nouveau degré de tendance en bas, soit que ce corps soit en repos, ou qu'il soit deja en mouvement de descendre, le changement de force dans ces differens cas est egal.

A ce prosyllogisme je reponds en niant cette partie de la mineure qui dit que tout en ces differens cas est pareillement disposé dans le patient. Vous entreprenés de le prouver encore par un argument qui se reduira à ce prosyllogisme du second ordre.

doit attacher au moins alternativement, comme auparavant on le marquoit precisement, lors qu'on marquoit la partie de la proposition niée. Ces expressions precises de ce qu'on veut estre prouvé, ne paroissent point absolument necessaires à la rigueur dans les disputes et lors qu'on combat plus tost pour la gloire que pour l'instruction, on s'en peut passer; mais dans les recherches de bonne foy on doit exprimer les articles qu'on nie, ou les distinctions, quand on en fait; et dans les procès les juges y obligent les parties.

7f. par (1) ce prosyllogisme (2) une raison . . . ce prosyllogisme 2. *Stufe Lil* 19f. tout (1) est en repos (2) en ces differens cas *l*

2. P r o s y l l o g i s m e

Si la difference entre les états du patient doit être comptée pour rien, tout est pareillement disposé dans le patient en ces differens cas.

Or lorsque le patient poussé en bas par la matiere gravifique est en repos ou lorsqu'il est déjà en mouvement de descendre la difference entre les états du patient doit être comptée pour rien. 5

Donc lors que le patient poussé en bas par la matiere gravifique est en repos ou lors qu'il est déjà en mouvement de descendre, tout est pareillement disposé dans le patient en ces differens cas.

A ce prosyllogisme je repons encore en niant la mineure, et on la prouvera ainsi selon vous par ce troisième prosyllogisme. 10

3. P r o s y l l o g i s m e

Si la vitesse de l'agent (savoir de la matiere gravifique) est comme infinie à l'égard de la vitesse du patient la difference entre l'état du patient poussé en bas par la matiere gravifique lorsqu'il est en repos, ou lors qu'il est déjà en mouvement de descendre doit être comptée pour rien. 15

Or lors que le patient est poussé en bas par la matiere gravifique la vitesse de la matiere gravifique est comme infinie à l'égard de la vitesse du patient.

Donc lorsque le patient est poussé en bas par la matiere gravifique, la difference entre les états du patient qui est en repos, ou déjà en mouvement pour descendre, doit être comptée pour rien. 20

A ce troisième prosyllogisme je pourrois répondre aussi en revoquant en doute la mineure, parce qu'elle pourra paroître douteuse à bien des gens, qui ne demeurent pas d'accord de cette cause de la pesanteur, mais comme je la tiens fort vraisemblable, je ne m'y arreterai pas, Et je viens à la majeure, que je pourrois nier simplement; mais pour mieux faire entendre en quoy je la nie, je reponds en distinguant cette majeure; que j'accorde, si la difference entre les deux états du patient, s'entend (1) à l'égard de la vitesse, et (2) en comparaison de l'agent; et en 25

25-27 arreterai pas (1). Et je reponds en distinguant la majeure (2), Et je viens ... cette majeure 2. *Stufe Lil* 27 (1) *erg. Lil* 28 et (2) *erg. Lil*

ce sens *concedo totum argumentum*, et j'accorde ainsi le troisième prosyllogisme, c'est à dire que cette difference à cet egard doit estre comptee pour rien. Mais ce prosyllogisme accordé de cette façon, ne prouvera rien contre moy dans le second prosyllogisme qui le precede, dont la mineure (qui est la conclusion du troisième) étant limitée de même
 5 j'y nierois² alors la majeure de ce second prosyllogisme. Mais si la difference entre les deux états du patient se doit entendre (1) de la difference de leur forces, je nie³ la majeure du troisième prosyllogisme savoir que cette difference des estats doit estre comptée pour rien, quand même on compareroit cette difference des
 10 forces avec les forces de l'agent (car quoique cet agent soit d'une vitesse incomparable, il est incomparablement mince en recompense, et s'il estoit grossier comme de l'eau qui pousseroit une pierre avec cette grande rapidité, il luy donneroit d'abord une vitesse approchante de la sienne) item si la difference des deux états du patient se doit (2) entendre, non de la comparaison de cette difference,
 15 avec l'agent mais à l'égard des états mêmes du patient, des quels on considere la difference (soit qu'on parle de la force ou de la vitesse) je nie⁴ encore la majeure du troisième prosyllogisme; c'est à dire je nie que cette difference doit être comptée pour rien. La force de l'un des estats soit a , celle de l'autre b , leur difference $b - a$, cela posé je nie que $b - a$ doit estre comptée pour rien en comparaison
 20 de b . Ainsi il faudroit prouver ces deux propositions, savoir 1. que la majeure du dernier prosyllogisme a lieu (ou que la difference doit être comptée pour rien) quand il s'agit de la difference des forces 2. que la dite majeure a lieu (ou que la difference doit estre comptée pour rien) quand il s'agit de la difference des estats du patient comparée avec

² nierois <doppelt unterstrichen, dazu am Rande von Leibniz's Hand:> NB

³ nie <doppelt unterstrichen, dazu am Rande von Leibniz's Hand:> NB

⁴ nie <doppelt unterstrichen, dazu am Rande von Leibniz's Hand:> NB

1-4 troisième prosyllogisme (1) qui ne prouvera rien contre moi dans le second prosyllogisme, dont (2) que cette difference doit estre (3) scauoir sa conc bricht ab (4) c'est à dire ... dont 1. Stufe l, weitere Stufen Lil 4 (qui ... troisième) erg. Lil 5 de ... prosyllogisme erg. Lil 7 (1) erg. Lil 8f. savoir que ... pour rien erg. Lil 11-13 et s'il estoit ... de la sienne erg. Lil 17 du troisième prosyllogisme erg. Lil 18-20 La force ... comparaison de b erg. Lil 20f. du dernier prosyllogisme erg. Lil 22f. forces 2) que la dite ... difference des erg. Lil

l'un ou l'autre des etats dont elle fait la difference. Je ne trouve rien, Monsieur, dans
vôtre derniere du 26 du mois passé, que je puisse appliquer à prouver aucune des trois
propositions, que je viens de nier avec distinction. Ainsi j'ay recours à vous même, pour en
obtenir la preuve ou pour voir s'il y a moyen de pousser l'argument à bout, en precedant
dans l'ordre de la forme. Je ne veux point m'arrester à autre chose presentement, de peur
de m'écarter du but; Et ne doutant pas que vous n'ayies la même intention que moy
pour mettre la verité dans son jour, je finis cette lettre, estant tousjours avec beaucoup
d'estime, et de zele

Monsieur

P. S.

9 Avril 1696 10

A Monsieur Papin Professeur à Marpourg⁵

Je ne voy pas bien, Monsieur, pour quoy vous comparés icy deux corps dont l'un a
masse 4, vistesse 1 et l'autre masse 1 vistesse 4, puisqu'il s'agit de prouver, que le
meme patient est tousjours disposé de meme. Car lors que dans
vostre precedente du 9 Fevrier vous aviés rapporté mes paroles qui étoient: *où avés vous*
prouvé que le patient y est toujours disposé de même, et comment cela se peut il, puisqu'il
est manifeste qu'il change de force encore selon vous. Vous répondés, Monsieur, de l'avoir
deja prouvé, et rapportés vôtre raison alleguée ailleurs, mais si vous l'entendés seulement

⁵ <Am Rand von Leibniz' Hand:> Dieses Postscriptum ist noch nicht abgangen,
sondern nur allein der brief

1 difference |; ou au defaut de (1) ces preuues (2) la probation de ces deux propositions ensemble,
il vous suffira de prouver (3) que la majeure du second est vraie avec la limitation, (a) c'est à dire (b)
sçavoir vous deues prouue *bricht ab erg. u. gestr. Lil* | Je ne trouve *l* 2-15 à prouver l'une ou l'autre
de ces propositions. Je ne vois pas bien aussi pourquoi vous comparés ici deux corps dont l'un a masse 4,
vitesse 1, et l'autre masse 1 vitesse 4. Puisqu'il s'agit de prouver que le même patient est
tousjours disposé de même. Car lors que dans vôtre precedente *l, ändert Lil* 2-5 aucune
des propositions que viens de nier. Ainsi j'ay recours à vous meme pour en obtenir la preuve. Au reste
(1) je ne veux point m'arrester à autre chose à present *bricht ab* (2) ne voulant point m'arrester à
autre chose presentement (3) aucune des |trois *erg.* | propositions ... de nier | avec distinction *erg.* | ...
presentement *Lil*

15 precedente: N. 203. 15 paroles: vgl. N. 201, S. 641.

de deux corps, comment pourrois vous appliquer vôtre argument au patient qui change de force, dont j'avois parlé, et à l'égard du quel je demandois la preuve. Quoiqu'il en soit je crois qu'il vous est indifferent de parler d'un même patient, ou de plusieurs, et que l'un revient à peu pres à l'autre, mais comme nous étions sur un même patient qui
5 change de force il est conforme à l'ordre maintenant de s'y arreter.

Au reste vous voulés que la matiere gravifique donneroit continuellement au patient le même degré de vitesse, de quelque grosseur que les particules de cette matiere pourroient être. Mais je le nie, car si ces parties étoient assez grosses pour être comparables avec le corps pesant même, par exemple si cette matiere étoit aussi grossiere que de l'eau et
tionem obfirmavi, adeo facilis, clara et ad veterum demonstrandi modum accommodata est, ut sese risui exponeret si quid contra movere vellet, cum a quovis etiam Geometriae tyrone intelligi possit. Modus quem Tibi proposuisti notandi calculos omnino commodus est pro typis, optandum foret ut jam diu introductus esset; revera enim haec innovatio aliquid laboris facesset iis magis qui veteri notationi assueti sunt, quam iis qui recens 5
algebrae studio animum applicant.

En adjecta hic marginalia Dⁿⁱ Hugenii, quae Te tantum concernunt[,] videbis ex iis non tanti esse momenti, quanti forsitan credideras. Non e re judicabis, ut etiam reliqua Tibi transcribam quae alios concernunt, si tamen illa desideras, lubenter faciam, erit enim intra semiquadrantem horae factum: Nondum nactus sum reliquos *Actorum* 10
tomos, eorum tamen per primam occasionem mittendorum spem facit Amicus. Memini quod mihi non ita pridem ultro promiseris excerpta ex literis privatis Dⁿⁱ Hugenii ad Te datis, in quibus ipsum magnifice de nostra methodo sentire ais: gratissimum foret si eorum me compotem redderes; vellem etiam mihi locum indicares *Actorum* ubi de eadem re mentionem facit. Nihil novi hic ad nos pervenit, quocirca plane ignarus sum 15
eorum quae in rep. literaria peraguntur. *Acta* Lipsiensia non nisi annuatim vel ad summum singulis semestribus huc appellent, loco quod illa Basileae menstruatim acceperam. Ideo rogavi Dⁿ. Menkenium, ut si quid in illis singulare prodiret, illius me per literas redderet participem, quod et Te rogarem si auderem, praesertim cum Dⁿ. Menkenius ad me non scribat nisi rarissime quando alia causa id postulat. Ante aliquod tempus 20
ipsi misi quaedam *Actis* inserenda, ubi occasionem arripui non nihil attingendi de iis quae ultimo *Actorum* Novembri inseruisti, praecipue vero objiciend[i] modeste unum et alterum iis quae Dⁿ. Tschirnhaus ibidem publicavit, ubi inter alia modum tradit ab-

19 Te rogo, praesertim *K*¹ 22 modeste *erg.* *K*¹


1 obfirmavi: vgl. Joh. BERNOULLI, *Demonstratio analytica et synthetica suae constructionis curvae Beauniana*, in: *Acta erud.*, Feb. 1696, S. [82]–85. 7 adjecta hic: vgl. den Schluss des Briefes.

11 Amicus: vermutlich Joh. Lemonon; vgl. den Schluss von N. 224. 12 promiseris: vgl. den Schluss von N. 169. 14 locum: vgl. z. B. Ch. HUYGENS, *De problemate Bernoulliano*, in: *Acta erud.*, Okt. 1693, S. 475–476.

18 rogavi: vgl. Joh. BERNOULLI, *Supplementum defectus Geometriae Cartesianae circa inventionem locorum*, in: *Acta erud.*, Jun. 1696, S. 268. 21 misi quaedam: der genannte Artikel Joh. Bernoullis; der Begleitbrief vom Mai 1696 wurde nicht ermittelt.

22 inseruisti: LEIBNIZ, *De novo usu centri gravitatis ad dimensiones*, in: *Acta erud.*, Nov. 1695, S. 493–495. 23 publicavit: E. W. v. TSCHIRNHAUS, *Nova et singularis geometriae promotio*, in: *Acta erud.*, Nov. 1695, S. 489–493.

scindendi ex curva parabolica portiones in data ratione, quod ego ostendo fieri non posse, quin habeatur quadratura absoluta hyperbolae et proinde extensio curvae parabolicae: Rogavi simul Dⁿ. Tschirnhausium ut suam demonstrationem publicare haud gravetur; promisi me ipsi pro lucro gloriam inventionis quadraturae hyperbolae cessurum: Hisce adjeci curiosum aliquod problema concesso Geometris toto quod restat currentis anni tempore, intra quod si nemo solutionem exhiberet me meam exhibiturum dixi. Cum nesciam an jam prodierit in *Actis*, vel propediem proditurum sit illud lubenter hic repetam, cui per otium Te applicare, rogo, haud graveris: D a t i s i n p l a n o



verticali duobus punctis A et B , assignare viam AMB , per quam mobile M a puncto A moveri incipiens et propria gravitate descendens brevissimo tempore perveniat ad punctum B . Miror hoc problema nemini hactenus in mentem venisse; misi illud in Galliam et Angliam visurus, num Heroes isti mathematici duarum harum nationum qui olim soli sibi mutuo problemata proponentes et solventes neglectis aliis nationibus de palma mathematica certabant, num inquam et hujus legitimam daturi sint solutionem. Perspicis quod sit ex eorum numero ubi ex lineis omnibus quaeritur una praestans aliquid in desideratis minimum; cujusmodi solutionem in exemplo catenariae per seriem investigare instituisti: Interim quantumvis arduum hoc problema videatur, illud tamen

12–16 misi illud ... solutionem *fehlt* K^1

5 problema: das berühmte Brachistochronenproblem. 13 in Galliam et Angliam: Nach Frankreich erfolgte die Versendung mit dem nicht gefundenen Brief an Varignon vom 15. Mai 1696 (Joh. BERNOULLI, *Briefw.* 2, S. 92), wie sich aus der Antwort Varignons vom 24. Mai 1696 (ebd., S. 92–101; bes. S. 95) ergibt. Varignon informierte seinerseits L'Hospital u. a. Wie das Brachistochronenproblem im Frühsommer 1696 nach England gelangte, wurde nicht ermittelt. 13 duarum harum nationum: In Frankreich wurde das Problem von L'Hospital, in England von Newton gelöst. Neben dem Problemsteller lösten auch sein Bruder Jacob und Leibniz die Aufgabe. 18 instituisti: Vermutlich Anspielung auf LEIBNIZ, *De linea in quam flexile se pondere proprio curvat*, in: *Acta erud.*, Jun. 1691, S. 277–281, wo Leibniz betont, dass die Kettenlinie diejenige Kurve ist, bei der (unter den gegebenen Bedingungen) der Schwerpunkt an der tiefst möglichen Stelle liegt (S. 280).

duplici modo et quidem absque serie solvi, ubi egregias proprietates quae in alia materia suum usum obtinent observavi.

Nulla hucusque sese occasio obtulit mittendi Bremam, fasciculum corticis Peruviana-
nae, in illam tamen invigilabo: Expendi 10 florenos Holland. sed res non est tanti ut de
restitutione sis sollicitus; sufficit si id quondam fiat bona cum commoditate; Optarim ut
interea temporis alia quae magis interest sese praebeat inserviendi occasio; et experieris
quam sim

Amplis. T. ad officia paratissimus J. Bernoulli.

Groningae 9 Jun. 1696.

Hoc ipso momento quo hasce complicare volo, Tuas commendatitias mihi affert
Dⁿ. Ritmeierus, qui ut dicit ante bihorium salvus et incolumis huc appulit, iter suum
prosecuturus intra paucos dies in Belgium. Gaudeo mihi venire aliquem Tua parte, cui
testatum reddere possim, quam multum valeat Tua apud me commendatio quantum in
tenuitate mea est. Is Te officiose salutatum cupit.

Excerpt. Ex Act. erudit.				Not. Marg. Hugeni		
Anno 1690	pag.	234	lin. 17	<i>quam negat etc.</i>	Non negat.	
—————	pag.	235	lin. 14	<i>ponamus jam omnem potentiam etc.</i>	Quomodo id fiet?	
		ibid.	lin. 20	<i>virium</i>	motus	
—————	pag.	237	lin. 11	<i>non semper debere etc.</i>	Hoc non negat Papinus.	20
		ibid.	lin. 7 a fine	<i>vires motrices etc.</i>	Logomachia!	
Anno 1693	pag.	313	lin. 13	-----	Nescio an solverit pro- blema, etsi vult videri solvisse.	25
		ibid.	lin. 12 a fine	-----	Hoc longe facilius est et factum habemus.	

4f. de (1) ea sis (2) redditione sis K^1 9 1696. *Schluss von K¹*

	_____	pag.	385	lin. 5	<i>Supplem. Geom.</i>	Speciosus Titulus in re nihili.
	_____	pag.	388	lin. 10	<i>Nec difficile mihi etc.</i>	Il credere è cortesia
5			ibid.	lin. 22	<i>ut notum est</i>	Notum paucis sed a nemine adhuc ostensum
	_____	pag.	389	lin. 5 a fine	<i>Cum ergo constructionem repererim generaliter sese extendentem etc.</i>	Nihil tamen profuturam praeterquam in una illa quadratrice nostra, atque ibi vix etiam.
10	_____	pag.	390	lin. 12 et 3 a fine	-----	Obscurum!
	_____	pag.	391	lin. 18	<i>quae protrusio non impedit etc.</i>	Imo maxime impedit
15			ibid.	lin. 23	<i>Denique in hac tabula sit descripta etc.</i>	Haec omnia intellectu difficillima, et cum intellexeris nequaquam effici possunt
20	Anno 1694	pag.	316	lin. 7	<i>Nostra autem nova etc.</i>	Tuam tamen solutionem ejus problematis non vidimus.
	_____	pag.	365	lin. 20,	21, 22, 23, 24, 25, 26, 27	Quanta obscuritas!
	_____	pag.	371	lin. 7, 8	<i>Elementa spatior.</i>	Verum est.
25			ibid.	lin. 10	<i>duplicata</i>	Subduplicata
			ibid.	lin. 13	-----	Poterit ergo $\sqrt{a+x}$ pro celeritate sumi.
	_____	pag.	373	lin. 9	<i>Tantum vero ipsius acumini et profund.</i>	An ergo tunc calculum Tuum nihili esse fateberis? hoc enim sequitur, Ergo jure nunc dubitas.
30						

242. DOMENICO GUGLIELMINI AN LEIBNIZ

Bologna, 22. Juni 169[6].

Überlieferung: *K* Abfertigung: LBr. 342 Bl. 9–10. 1 Bog. 4°. 3 S. Bibl.verm. — Gedr.: M. CA-
VAZZA, *La corrispondenza inedita tra Leibniz, Domenico Guglielmini, Gabriele Manfredi*,
in: *Studi e Memorie per la Storia dell' Università di Bologna*, Bologna 1987, Nuova Serie, 5
VI, S. 63–65.

Ill^{mo} Sig^{re} Sig^{re} Prone Col^{mo}

Per il mezzo del nostro commune e Dottissimo Amico Sig^{re} Antonio Magliabechi mi
vengono trasmessi per di lei parte le due ultime stampe di VS. Ill^{ma}[,] la prima sopra la
connessione delle Ser^{me} Case di Hannover, e di Modana, l'altra sopra il nuovo medicam^{to} 10
antidisenterico. Con cio ella fa conoscere la di lei vasta erudizione, che trascendendo
tutti li limiti s'estende sopra ogni sorte di scibile; et aggiunge sempre nuovi motivi al
mondo literario, di haverla sempre più a considerare per uno dei primi ingegni della
nostra età. Io mi preggio di havere conosciuto di presenza VS. Ill^{ma} e di havere goduto
l'honore di servirla qui nella di lei dimora; come pure mi espressi alcuni mesi sono col P^e 15
Inviato d'Hanover, che da Modana si portò in Bologna per qualche giornata durante la
quale dimora io hebbi la congiuntura di riverirlo, e di servirlo; e quello che più stimai di
trattenerlo sopra la rimembranza del merito di VS. Ill^{ma}, di cui si fecero ben degni elogij;
come credo che havrà ella ricevuti li riscontri del pred^{to} P^e; che s'incaricò per favorirmi,
di recare a VS. Ill^{ma} in mio nome, li miei doverosi rispetti. S'aspetta a me hora di rendere 20
a VS. Ill^{ma} humiliss^e grazie per il favore dei libri trasmessimi, la lettura dei quali sarà da
me goduta con piena sodisfazione, come che sono parti ben degni d'un mio singlariss^o
Padrone, quale in ogni tempo terrò VS. Ill^{ma}.

Zu N. 242: Mit der Abfertigung nimmt Guglielmini die Korrespondenz mit Leibniz wieder auf, die
seit Leibniz' Brief vom 19. Mai 1692 (III, 5 N. 77) geruht hat. Wie sich aus den inhaltlichen Bezügen
ergibt, ist die Jahreszahl am Schluss des Briefes offensichtlich falsch. Leibniz beantwortet N. 242 mit
seinem Schreiben vom 7. Januar 1697 (LBr. 342 Bl. 5–6). 9 trasmessi: vgl. Magliabechis Brief an Leibniz
vom 3. April 1696 (I, 12 N. 334), in dem er den Empfang der angeführten Exemplare für Guglielmini
bestätigt. 9 la prima: LEIBNIZ, *Lettre sur la connexion*, 1695 (in ital. Übers.). 10 l'altra: LEIBNIZ,
Relatio . . . de novo antidynterico Americano, 1696. 15f. P^e Inviato: Baudirektor Giacomo Querini,
der die Herzogin Benedicte auf einer Reise nach Modena begleitete. Erst am 30. September 1696 kehrte
die Herzogin nach Hannover zurück (vgl. I, 13 N. 32).

Vidi nel giornale di Lipsia del mese passato nel mese di Agosto la relazione del nuovo libro del S^{re} Papini col titolo *Fasciculus Dissertationum* etc. e si come alla sesta disertazione notai indicata la controversia del med^o havuta con VS. Ill^{ma} così nella quinta ho trovata riferita quella; che attaccò con me; assieme con le pretese risposte alla mia Apologia, e perché io non ci ho veduto altro di nuovo; che certe debbolissime opposizioni sopra la mia Teoria del moto dell'acque nei sifoni ricurvi, non hò stimato di essere in obbligo di replicare altro; almeno prima di vedere il libro in fonte, che sin hora non è capitato in queste parti, né haverlo d'altronde per quante ricerche io n'habbia fatte. Se mai riuscisse a VS. Ill^{ma} di haverne una copia la supplico a volere favorirmene assicurandola ch'io la riceverò per un singulariss^o favore; s'io l'havessi in tempo potrei prendere l'occasione della stampa d'un nuovo libro sopra la natura dei fiumi, ch'io spero di dar fuori quanto prima; e dilucidare in esso qualche cosa che restasse oscura sopra il moto delle acque considerato colla tarra delle resistenze; gia che il S^{re} Papini non vuol capire, ch'io nelle mie dimostrazioni faccio una matematica astrazione dalle med^e; né è possibile il considerarle tutte nel suo valore. L'attacco delle Ser^{me} Case di Hanover, e di Modena, credo mi darà congiuntura più sicura di avere ad incomodarla più frequentem^e con mie Lett^{re} onde supplicandola della permissione d'incomodarla, e dell'honore dei suoi stimatissimi commandamenti, con tutto lo spirito mi rassegno facendole humiliss^a riverenza

Di VS. Ill^{ma} Dev^{mo} et Oblig^{mo} S^{re} Vero

Dom^{co} Guglielmini.

Bol^a li 22 Giugno 1697

1 relazione: vgl. *Acta erud.*, Aug. 1695, S. 376–382. 2 f. sesta disertazione: Der Titel dieses Kapitels lautet „Synopsis controversiae authoris cum celeberrimo viro Domino G. G. L. circa legitimam rationem aestimandi vires motrices“ (S. 94–111). 3 quinta: „Epistola de fluentium aquarum mensura“ (S. 68–93). 4 f. mia Apologia: D. GUGLIELMINI, *Epistolae duae hydrostaticae*, 1692; vgl. III, 5 N. 50. 6 mia Teoria: vgl. D. GUGLIELMINI, *Aquarum fluentium mensura*, 1690–1691. 10 ch'io la riceverò: Im Juli 1695 ließ Papin zwei Exemplare seines *Fasciculus dissertationum de novis quibusdam machinis* durch Haes an Leibniz senden (vgl. N. 151 u. N. 152). Wie aus Leibniz' Schreiben an Guglielmini vom 7. Januar 1697 (LBr. 342 Bl. 5–6) hervorgeht, erreichte das für Guglielmini bestimmte Exemplar den Adressaten nicht. 11 nuovo libro: Guglielminis *Della natura de' fiumi trattato fisico-matematico* erschien erst im Jahr 1697. 21 Giugno 1697: offensichtlich verschriebene Jahreszahl.

243. LEIBNIZ AN JOHANN BERNOULLI

Hannover, 16./26. Juni 1696. [241.]

Überlieferung:

- L* Konzept: LBr. 57,1 Bl. 79–80. 1 Bog. 2°. 3 $\frac{1}{3}$ S. Eigh. Anschrift: „A Monsieur Jean Bernoulli professeur de Mathematiques à Groningue $\frac{16}{26}$ juin 1696“. Auf Bl. 80 befindet sich auch *l*³. 5
- l*¹ Teilabschrift (ab „Postremo accedo“, aber ohne P.S.) von *L* bzw. von einer nicht ermittelten Vorlage (vgl. Variante zu S. 800 Z. 7f.): LBr. 57,1 Bl. 84. 4°. 2 S. von Schreiberhand mit Korrekturen und Ergänzungen von Leibniz' Hand (*Lil*¹). Überschrift (*Lil*¹): „pars Epistolae meae ad Dⁿ. Joh. Bernullium professorem Groninganum $\frac{16}{26}$ jun. 1696“. 10
- l*² Abfertigung: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 19 Bl. 49–52. 2 Bog. 4°. 8 S. von Schreiberhand mit Korrekturen und Ergänzungen (Zeichnungen) von Leibniz' Hand (*Lil*²) Siegel. Papierverlust (Bl. 49). (Unsere Druckvorlage)
- l*³ Teilabschrift von *l*¹: LBr. 57,1 Bl. 79–80. 1 Bog. 2°. $\frac{2}{3}$ S. (Bl. 80 v^o) von Schreiberhand mit Korrekturen von Leibniz' Hand, aber ohne Zeichnungen. *l*³ war offensichtlich nicht Vorlage für *l*². Auf dem Rest des Bogens befindet sich *L*. 15
- A* Abschrift von *l*²: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 20 S. 83–91. 4°. 7 $\frac{1}{3}$ S. besorgt von Joh. Jak. Burckhardt.
- E* Erstdruck nach einer unbekanntem Vorlage: *Commercium philos. et math.* 1, 1745, S. 168 bis 174 (teilw.). — Danach (mit Ausnahme der in *E* fehlenden Passagen, die nach *L* gedruckt sind): GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 284–290 (teilw.). 20

Vir celeberrime, Fautor Honoratissime

Non mirum est si in iis nihil certi constitui inter nos potest, quae demonstratione definiri non possunt, quod usu venit in causa gravitatis. Licet tamen in his quoque (si tanti videatur) deprehendere quae sententia sit similior veri. Dominus frater Tuus in suis ad me literis ex meo modo explicandi aestimationem virium per aliquot ela[st]ra, totam vim suam corpori alicui impendentia, conjecerat me credere gravitatem tali elastrorum actione ictibus repetitis vim in grave transferentium oriri. Respondi me elastris tantum in exemplum uti. Optime tamen notas, tali modo [ori]tura esse eadem phaenomena, quae

5 Gronigve (1) $\frac{19}{29}$ (2) $\frac{16}{26}$ juin 1696 *L* 23 possunt (1) quid (2) quemadmodum est causa gravitatis; Dominus frater tuus, cum ipsi explicassem (3) qvali (4) quod usu ... gravitatis *L* 27f. Respondi, (1) meam ad illustrationem aestimationis virium (2) hanc sententiam non esse (3) me ... uti *L*

Zu N. 243: Die Abfertigung antwortet auf N. 241 und wird durch Bernoullis Brief vom 31. Juli 1696 (LBr. 57,1 Bl. 87–89) beantwortet. 25 literis: N. 168. 27 Respondi: N. 181.

in gravibus explicuit [Ga]lilaeus; et manifesta sane res est attendenti, nam cum spatia
a gravi percurta, sint viribus a gravi acquisitis vel amissis proportionalia, necesse est
utique ut aequalibus spatiis aequales vires acquirantur ac perdantur a gravi, perinde
ac si a talibus elastris vis ipsis fuisset data vel adempta. An vero reapse talis causa a
5 spatiis petenda sit altioris indaginis res est[,] quanquam sano sensu id semper dici possit,
etiamsi explicatio per ventum vel per vim centrifugam adhibeatur. Sane si fingeremus
grave ascendens velut retia araneorum aequabiliter diffusa perrumpere, explicari posset
haec aequabilis virium amissio; sed activum aliquid sic moderari ad modum elastrorum
non aequae facile puto, quod si possis invenire modum qui naturae consentaneus videatur
10 applaudam lubentissime. Ais per Te licere mihi, non agnoscere pro vera sententiam Tuam,
si velim. Ego vero rogo ut Tibi persuadeas me ab hac arbitraria judicandi ratione
esse alienissimum, et propensissimum esse ad audiendam vocem rationis. Verum est, fieri
posse et saepe debere, ut materiae gravificae particula in corporis poris haereat, et in iis
etiam vim suam perdat; non tamen id[e]o vis illa in totum corpus transferetur aut ad
15 descensum augendum serviet; sed in partium motibus absorbebitur. Ais: *cum materia
gravifica sit subtilissima, et omnia sint plena, procul dubio unum continuum constituere
et particulas non sequi ex intervallo.* Ego vero putarim materiam
gravificam nec subtilissimam esse, nec omnia replere, nec unum continuum constituere,
sed tantum esse disseminatam in alia multo subtiliore. Addis: *Si hoc demus,*
20 *tamen numerum ictuum spatium proportionalem fore;* verum
quomodo id consequatur non ostendis; et agnosces opinor, ventum in navem agere numero
ictuum potius proportionali ad tempus, quam ad spatium. Caeterum disputatio nostra de
hac quaestione ex eo orta est, quod videbatur Tibi communi explicandi ratione non posse
satisfieri cuidam objectioni contra virium aestimationem nostram, Et ideo factum est, ut
25 hactenus necessarium putarem hanc serram Tecum reciprocare. Sed nunc opinor agnoscis

1 attendenti *erg. L* 3–5 gravi. (1) Et facile quidem explicari sic posset virium amissio. An vero
(a) apta sit haec hypothesis (b) reapse hoc contingat, altioris (2) perinde . . . altioris *L* 5f. quanquam
. . . adhibeatur *erg. L* 8 ad modum elastrorum *erg. L* 12 et propensissimum esse ad (a) mutuandam
sententiam (b) audiendam vocem rationis *erg. L* 18 nec unum continuum constituere *erg. L*
24f. Et ideo . . . reciprocare *erg. L* 25 putarim *L l*², ändert *Lil*²

1 explicuit: vgl. G. GALILEI, *Discorsi e dimostrazioni matematiche*, 1638, Giornata terza.
10 Ais: vgl. N. 241, S. 785. 15 Ais: freies Zitat nach N. 241, S. 784. 19 Addis: ebd.

alterutro explicandi modo idem prodire. Itaque ex novissimis literis Tuis demum quis nunc sit Tibi scopus, intelligo; nec repugno; modo (ut dixi) distincte explicari possit qua ratione fiat quod dicis. Haec tamen scribens incido in verba tua, quae me adhuc turbant, ais nimirum: *incongruitates sese prodere statuendo ictus procedere secundum tempuscula,* quaenam sint illae incongruitates, fateor me non videre. Quodsi adhuc objectionem illam in mente habes, quae Tibi negotium facessierat, optarem ut eam distinctius proponas et velut in forma. Sane ubi nuper reciprocatis cum domino Papino literis objectionem ipsius in formam redegi, deseruit eam ipse, et aliam novam jam fabricavit, cui nunc satisfacio; speroque hac disputandi forma inter illum et me continuata controversiam terminatum iri, neque enim alter ab altero se non intelligi amplius queritur.

Spero et de ictus quantitate me Tibi alias satisfacturum. De Pardiesio optime iudicas. Ejus de motuum regulis dissertatio non magni momenti est: bene quidem vidit difficultatem de incurso obliquo, sed non resolvit. Mea demonstratio a priori pro nostra virium aestimatione, nititur utique aliqua suppositione, Nempe[:]
A c t i o n e m q u a e f a c i t
aliquid uniformiter tempore simplo, esse duplam actionis
f a c i e n t i s i d e m u n i f o r m i t e r t e m p o r e d u p l o. Hanc suppositionem concedere debent Catelanus et alii cum quibus disputaveram, qui falso sibi persuaserant, negligi a me temporis aestimationem, quae a nemine melius adhibetur quam a me. Nondum quidem inveni modum a priori hanc propositionem demonstrandi per viam congruentiae; imo ne hanc quidem quod actio idem faciens breviori tempore, sit major; a quo esset incipiendum. Verum hoc admissio, utique eo ipso quod nulla amplius datur resolutio, seu quod nihil medium interponi potest inter *A* et *B*, ut *B* interpositum fuerat inter *A* et *C*; aliud dici nequit, quam actiones esse ut celeritates, *A* erat facere duplum tempore simplo; *B* facere duplum tempore duplo; et *C* facere simplum tempore simplo; itaque actio *A* est major quam actio *B* et quidem ita ut crescat actio manente effectu et

4 nimirum: *m a g n a s i n c o n g r u i t a t e s L* 17 debent (1) illi (2) Catelanus et alii *L*
 19–21 congruentiae (1). Verum eo ipso (2) imo ne ... eo ipso *L* 21 hoc admissio, utique *erg. L Lil²*
 22–24 ut *B* interpositum ... simplum tempore simplo *erg. L* 23 quam actiones ut celeritates esse
erg. L

4 ais: vgl. N. 241, S. 787. 7 literis: N. 225. 8 deseruit: vgl. N. 234. 8 satisfacio: vgl. N. 237.
 12 dissertatio: I. G. PARDIES, *Discours du mouvement local*, 1670 u. ö. 12f. difficultatem: vgl. I. G. PARDIES, *a. a. O.*, § XXV ff. 17 Catelanus: vgl. Catelans Beiträge in den *Nouvelles de la republique des lettres*, 1686 u. 1687.

tempore decrescente. Itaque ex eo ipso quod nullum est principium aliquid ultra deter-
 minandi, sequitur actiones esse reciproce ut tempora. Nimirum ubicunque nulla reperiri
 potest ratio proportionis compositae, necesse est simplicem locum habere. Operae ta-
 men pretium est, ut objectio tua, quam alicui occurrere posse
 5 optime notas, resolvatur; quo facto major (credo) lux accendetur, apparebitque
 discrimen inter potentiam et actionem. Objectio ita habet: *A* tempore simpli idem fa-
 cit quod *B* tempore duplo, ergo *A* est duplo velocius quam *B*. Ergo potentia ipsius *A*
 est quadrupla potentiae ipsius *B*. Respondeo concedendo totum argumentum, potentiam
 esse quadruplam, et tamen ajo actionem tantum hic esse duplam. Quod paradoxum ita
 10 ostendo: nempe potentia ipsius *A* quadrupla est (hoc ipsum enim demonstravimus ex
 hoc ipso nostro) sed actio est tantum dupla, quia *A c t i o* est in ratione composita po-
 tentiae quae exercetur, et temporis in quo exercetur, itaque potentia ipsius *A* quadrupla
 simpli tempore exercita, dat actionem duplam ejus quam dat potentia ipsius *B* simpla
 exercita tempore duplo; et quadruplam ejus quam dat potentia ipsius *C* simpla exer-
 15 cita tempore simpli. Scilicet: in *A* potentia 4 tempus 1 dat actionem 4 [;] in
B potentia 1 tempus 2 dat actionem 2 [;] denique in *C* potentia 1 tempus 1 dat
a c t i o n e m 1. Vides quam haec pulchre quadrent, et quam parum distinctae notiones
 de potentia, actione et similibus vulgo habeantur. Complures jam anni sunt quod haec
 explicui in dissertatione conscripta in itinere Italico, et Florentiae apud amicum relicta
 20 qui editionem in se receperat, sed ego postea in mora fui, dum plura subnata sunt quae
 me adjuncturum scripsi, nec dum tamen praestiti, non quod res desint, sed quod otium
 ordinandi. Caeterum ut *a c t i o n e m* nunc composita ratione suorum principiorum, po-
 tentiae et temporis, aestimo; ita eam paulo ante aestimaveram composita ratione eorum
 quae praestat, effectus scilicet extensivi seu materialis, nempe longitudinis (quam κατ'
 25 ἐξοχῆν effectum vocare soleo) et effectus intensivi seu formalis. Desideratum enim est,
 ut praestetur multum et cito. Ambae autem aestimationes consentiunt inter se, ut vides.

1 f. principium (1) aliter judicandi (2) aliquid ultra determinandi *L* 3–6 habere. (1) Objectio illa
 tua non difficulter resolvitur (2) Operae ... ita habet: *L* 8–10 Respondeo ... nempe *erg.* *L* 22 f. ut
 actionem (1) aestimo (2) nunc ... aestimo *L* 23 f. ratione (1) effectus immediati seu longitudinis, et
 modi agendi qvi facit ut intersit ad valorem seu velocitatis effectus (2) eorum ... effectus *L*

19 dissertatione: Leibniz' *Dynamica*, die unvollendet blieb.
 sen.

19 amicum: R. Ch. v. Bodenhaus-


Vereor quidem et ego ne Dⁿ. Niwentiit non satis vel candoris vel docilitatis afferat. Quod tamen vereri licet, imputare nondum licet. Et donec magis constet *oleum et operam perdi*, opus est condescensu quodam et longanimitate, quae (fateor) ab iis qui calent adhuc et animo vigent (quod in Te agnosco) minus expectari potest. Qua patientia Dⁿ. Papinus et ego inter nos rationes hactenus contulerimus, mirareris opinor si videres. Interim facis ex decoro, moderationemque ostendis Tuam, quod domino Fratri non ita respondes, quemadmodum animum Tibi suggerere video. Ego vero occasionem non amittam sententiam dicendi meam de candore Tuo et meritis quando id non inutile futurum putas. Pro Hugenianis notationibus marginalibus ago gratias singulares, rogoque ut caeteras quoque omnes communicates; indicant nescio quid morositatis, ne dicam malignitatis, sed quibus eo facilius ignoscendum quod publice et per literas aequiora dixit, praesertim de *Analysi nostra*. Nam in *Actis eruditorum* 1693, p. 476 (ubi solutionem suam problematis cujusdam, Tui puto, occasione constructionis Tractoriae excogitati exhibet) diserte commendat calculi differentialis (quo tunc feliciter usus erat) inventionem, absque quo (inquit) vix est ut ad has subtilitates admitteremur. Et in suis ad me literis biennio abhinc circiter scriptis calculum vocat admirabilem (*vostre merveilleux calcul*). Verba ipsa Tibi transcribam prout desideras ubi literae incident in manus, nunc enim se statim non offerunt, et quaerere non vacat.

Postremo accedo ad problema Tuum inveniendae Lineae quam vocare opinor liceat *Tachystoptota* seu celerrimi descensus. Problema est profecto pulcherrimum et me invitum ac reluctantem pulchritudine sua, ut pomum Evam, ad se traxit. Est enim ea mihi tentatio gravis et noxia, viribus affectis, et incumbente aliorum mole; ut non facile amplius audeam quae intensiorem postulant laborem meditandi, itaque imposterum problemata a Te deprecor, maloque ab alio et praesertim a Te doceri solutiones quam

8 de candore Tuo et meritis *erg. Lil*² 9–12 gratias (1) video (a) Parum me ista movent (b) Eo minus displicent, quod fere causa non rectis cognita iudicavit. Et postea vel valde dissimulavit vel postea mutavit sententiam (2) singulares . . . nostra *L* 11 literas (1) alio stylo (2) aequiora *L* 21 pomum | serpentis *gestr.* | Evam *L* 23 quae (1) mult *bricht ab* (2) magnum (3) intensiorem . . . laborem *L* 24–800,1 deprecor; (1) Libenter patiar, ut me (2) maloqve (a) a Te (b) ab alio (c) ab amicis (d) ab alio doceri solutionem quam (aa) tecum certare (bb) ex me sperari; Tibiqve (aaa) imbecillior (bbb) debilior videri *L* 24 et praesertim a Te *erg. Lil*¹

2 *oleum*: vgl. T. PLAUTUS, *Poenulus*, 332. 11 f. dixit: vgl. die Erl. in N. 241, S. 789. 15 literis: Das Zitat stammt aus Huygens' Brief vom 17. September 1693; vgl. III, 5 N. 185.

ex me sperari; Tibique debilior videri quam fieri mihi. Nam sentio tali labore praesertim
 calculi (qui levis satis Tibi videri possit) non parum atteri vires meas et phlogoses illas
 importunas excitari. Accipe interim quid tentarim, non per seriem quidem, haec enim
 tantum subsidialis est, si res ad triarios redierit; sed ea ratione quae ad aequationem
 5 differentialem ducat, quam et in istis ex visceribus problematis habere solemus. Ajo
 igitur eam esse naturam lineae Tachystoptotae AC (in qua grave celerrime a puncto A




ad punctum C descendit) ut positis abscissarum seu altitudinum incrementis constan-
 tibus, sint elementa ordinarum seu latitudinum BC in ratione composita ex directa
 elementorum curvae, et reciproca elementorum temporis verticalium. Verticalia voco ele-
 10 menta temporum quibus grave descenderet in ipsa verticali AB . Unde sequitur elementa
 curvae itidem esse in ratione composita ex elementorum latitudinis directa simplice et
 ipsarum altitudinum reciproca subduplicata, itaque si AB sit x , et BC sit y , et assuma-

3–6 tentarim (1) et ignosce mediocritati nostrae. primum (2) ajo eam esse naturam lineae L nach
 tentarim wird schließlich der restliche Text des Absatzes in L gestrichen und mit den Worten in post-
 scripto adjecto auf l^3 verwiesen 3–5 non ... habere solemus erg. Lil^1 6 igitur erg. Lil^1
 6 Reperi eam esse Lil^3 , Anfang von l^3 7 f. ut positus ... constantibus fehlt L 11 directa duplicata
 $L l^1$, ändert Lil^1 12 reciproca simplice $L l^1$, ändert Lil^1

8 sint: Hier setzt Leibniz die Proportion $dy \approx \frac{ds}{dt_x}$, was $\dot{s} \approx \frac{\dot{y}}{\dot{x}}$ entspricht, als selbstverständlich
 voraus. In seiner handschriftlichen Aufzeichnung *Invenire lineam Tachystoptotam* (GERHARDT, *Math.*
Schr. 3, S. 290–295) leitet er diese Proportion mittels einer polygonalen Annäherung der gesuchten Kurve
 her. 11 esse: Die Proportion $ds \approx dy \cdot \frac{1}{\sqrt{x}}$ folgt unter Anwendung des Fallgesetzes. Im Folgenden
 wird der Proportionalitätsfaktor $\sqrt{2b}$ gesetzt.

tur constans quaedam b , res reducitur ad quadraturas, et erit $dy : dx = \sqrt{\cdot, x : , 2b - x}$. Sit $dy : dx = v : b = \sqrt{(2bx - xx) : , 2b - x}$. Dico v , ipsis dy proportionales, esse ad meam quadratricem, qua olim pro Tetragonismo meo Arithmetico sum usus; atque adeo curvam Tachystoptotam esse quadratricem meae quadratricis, et proinde a Circulari dimensione pendere. Nam si centro G , radio AG seu b describatur semicirculus AHM et

5




angulo AGH bisecto ducta GT occurrat tangenti verticis in T , et sit AB , x , adeoque sit BH , $\sqrt{\cdot, 2bx - xx}$, tunc AT erit v , seu erit ad b sive AG , ut BH seu $\sqrt{\cdot, 2bx - xx}$, ad BM seu $2b - x$. Jam in BH (si opus producta) sumatur BN aequ. AT , erit $\int v dx$ seu area $ABNA$ aequalis duplo segmento circulari, cujus arcus AH . Itaque si area $ABNA$, vel duplum hoc

1-802,5 erit $dy = (1) \sqrt{(2b\sqrt{xx + 4bx} + 2bx) : 2b} (2) dx \sqrt{2x\sqrt{xx + 4bb} + 2xx} : 2b$. Investigans autem quorsum haec quadratura deveniret, deprehendi pendere eam ex (a) circuli (b) Hyperbolae quadratura; reperique etiam quare ratione ad constructionem venire possit, (aa) quam tamen (aaa) actu exequeretur (bbb) a me impetrare non potui (bb) non difficili ratione, nam si b sit unitas, tunc ut habeatur y oportet ordinariis quantitatibus tantum accedere logarithmum ipsius ω , posito $\omega = z + \sqrt{2xz}$ et $z = x + \sqrt{4bb + xx}$. Ut actum a Te, melius haud dubie quam ego possim denuo agam, et distincte absolvam, a me impetrare non potui contentus habere in potestate. Et malo adiciere *L nach erit streicht Leibniz den Text der Abschrift l¹ bis ausschließlich adjicium und ersetzt das Gestrichene durch den endgültigen Text Lil¹*

1 erit: Zu den leibnizschen Lösungsversuchen vgl. die verworfene Handschrift „Quaeritur curva“ (LBr. 57, 1 Bl. 82) sowie das durch viele Streichungen und Neuformulierungen gekennzeichnete Manuskript „Invenire lineam Tachystoptotam“ (LBr. 57, 1 Bl. 81.86.83.85), aus dem Gerhardt nur einen Auszug (s. o.) gedruckt hat. 3 sum usus: vgl. z. B. Leibniz für Huygens von Oktober 1674 (III, 1 N. 39).

9 aequalis duplo segmento circulari: aufgrund des leibnizschen Transmutationssatzes, da TH Tangente an den Halbkreis AHM ist.

segmentum applicetur ad rectam b (ut fiat $\int v dx : b$) prodibit y seu BC , ordinata lineae quaesitae AC . Unde sequitur Tachystoptotam AC esse lineam segmentorum (quae scil. ex eodem puncto, nempe vertice abscindantur) seu lineam cujus ordinatae sint segmentis circularibus proportionales, quorum tetragonismo supposito facile curva per duo puncta data describi potest. Adjiciam theorema ut puto non inelegans, facile quidem si quis animum advertat, Tibi tamen fortasse non displiciturum, quia tui problematis occasione mihi incidit. Nempe si Triangulum rectangulum Pythagoricum (ut quidam



vocant) seu cujus latera sunt ut 3, 4, 5; ita statuatur ut perpendiculariter erectum sit latus minus; grave, descendens per AB verticalem, et deinde concepto impetu pergens per BC horizontalem, eodem tempore perveniet ab A ad C per latera AB , BC , quo directe per ipsam Hypotenusam AC . In praxi autem oportet angulum B nonnihil rotundari in portiunculam curvae cujus tangentes sint AB , BC , ut grave sine repercussione aut impedimento transeat ex AB in BC , proderit etiam angulum ABC esse tantillum obtusum. Si AB minor sit tribus quadrantibus ipsius BC , citius absolvetur iter per latera, quam per hypotenusam; sin major sit, directum iter praestat, Et multa alia hujus generis constitui possunt, quibus immorari non vacat.

Et jam finis literis satis prolixis est imponendus, quaerere tamen adhuc lubet, nihilne ex Gallia habeas a Domino Hospitalio aliisque amicis. Et an Dⁿ. Frater Tuus illuc pervenerit cui fausta omnia apprecor. Nihilne amplius incidit de novis nostris differentialibus ex analogia differentiarum et potentiarum? An D^{nus} Haberstroh de quo diu nihil

16 non vacat. *Schluss von l³* 17-803,8 Et jam ... Junii 1696 *Lil¹* 20-803,1 An D^{nus} Haberstroh ... constituerat? *fehlt L* 20-803,1 de quo ... audivi *erg. Lil¹*

18 Frater Tuus: Hieronymus Bernoulli.

20 ex analogia: vgl. dazu N. 113.

audivi Lugduno Batavor. ad Te excursionem fecit ut constituerat? Quae apud vos vicinos-
que Batavos novitates Physico-Mathematicae? Superioribus jam scriptis literas a D^{no} Clu-
verio accepi cum inclusis ad D^{na} fratrem Tuum. Defendit semper quae dixerat contra
quadraturam parabolae Archimedis et nostra quoque. Respondebo: saltem nullam dari
posse constructionem Archimedeam meliorem. Puto habere eum meditationes profundas
nec spernendas, sed non opus erat ut iis uteretur ad bene constituta evertenda. Vale. 5

Deditissimus

Godefridus Guilielmus Leibnitius.

Dabam Hanoverae $\frac{16}{26}$ Junii 1696

P. S.

Quod pro me expendisti forte amico cuidam Groningani cujusdam Bremensi solvi 10
posset.

Acta eruditorum etiam ad me satis tarde perveniunt negligentia Bibliopolae qui
curare in se recepit, ut nesciam an Tuum problema sit in *Actis*, cum monitis de Domini
Tschirnhusii sectione curvae parabolicae. Video eum saepe paulo promptius pronuntiare.

2 novitates Mathematicae L 2 jam *erg. Lil*¹ 4 et nostra quoque *erg. Lil*¹ 7 Deditissimus ...
Leibnitius *fehlt L, gestr. Lil*¹, *erg. Lil*² 8 f. 1696 ad Dn. Joh. Bernoulli professorem apud Groningenses.
P.S. *Schluss von L* 9–14 P.S. *quod ... pronuntiare Lil*²

1 audivi: vgl. die Korrespondenz mit Haberstroh in I, 11 u. I, 12; zum vorgesehenen Besuch bei
Joh. Bernoulli siehe Haberstrohs (wohl letzten) Brief an Leibniz vom 29. Januar 1696 (I, 12 N. 242).

2 literas: N. 227; der Einschluss ist der Brief Clüvers an Jacob Bernoulli vom 1. Mai 1696 (Jac. BER-
NOULLI, *Briefw.*, S. 152–155). 4 Respondebo: vgl. N. 247. 10 expendisti: die 10 holländischen
Gulden für die Peruvianische Rinde; vgl. den Schluss von N. 241. 13 Tuum problema ... cum mo-
nitis: Joh. BERNOULLI, *Supplementum defectus Geometriae Cartesianae circa inventionem locorum*, in:
Acta erud., Jun. 1696, S. 264–269.

244. LEIBNIZ AN RUDOLF CHRISTIAN VON BODENHAUSEN

Hannover, 18./28. Juni 1696. [218.]

Überlieferung:*L* Abfertigung: LBr. 79 Bl. 131–132. 1 Bog. 8°. 4 S. (Unsere Druckvorlage)*A* Auszug aus *L*: LBr. 79, Beilage 1, Bl. 52 v^o–53 r^o. 1 $\frac{1}{4}$ S. 8° von Bodenhausens Hand mit Querverweisung auf eine eigene Aufzeichnung im gleichen Faszikel. — Gedr.: GERHARDT, *Math. Schr.* 7, 1863, S. 388 (teilw.).Ill^{mo} Signor mio e padrone Col^{mo}Hanover $\frac{18}{28}$ junij 1696

Weilen ich eben nicht so gar oft der Ehre genieße M. h. H. Barons schreiben zu erhalten, so schließe daß er wohl nicht weniger distrahiret als ich. Es wird ihm gehen wie mir, wir Menschen machen uns mühe. Inzwischen so bin ich gleichwohl derjenige der noch auff M. h. H. Barons schreiben, so viel mich erinnere antwort schuldig, und also mehr umb zu verzeihung zu bitten als zu clagen habe.


Was M. h. H. Baron von der bekandten Person schreibt kan ich ganz wohl begreifen. Weis auch ganz wohl daß es in der welt nicht anders hehr gehet; das ἀρχιερέων und ἀντιοχείς ist artlich doch verdienen sie ihr gluck nicht dadurch, so verdienen sie es auff andere weise, und wenn sie sichs wohl bedienen zu beförderung des guten, so will ich sie dennoch loben. Der freund klagt in briefen nach Franckreich daß er mehr embarras als vergnügung habe, ob es sein Ernst, weis ich nicht. Doch in der tat mag es wohl seyn.

Der guthe Tollius ist todt. Es ist ewig schade umb den Mann. Vielleicht werden sich andere mit seinen collectaneis groß machen. Gronovius hat unrecht, daß er will ein Ismael seyn, *cujus manus contra omnes*. Ob gleich die wackern leute gegen die er schreibt zu zeiten unrecht haben, so ist doch das bellum Grammaticale deswegen ungereimt.

Zu N. 244: Die Abfertigung, die Beilage zu Leibniz' Brief vom 27. Juni 1696 an Magliabechi (I, 12 N. 423) war, antwortet auf N. 218 und wird durch Bodenhausens Brief vom 11. August 1696 (LBr. 79 Bl. 135–136) beantwortet. 14 Person: E. Noris. Im genannten Brief an Magliabechi äußert sich Leibniz substanzieller zu Noris' Eigenschaften. 18 briefen nach Franckreich: vgl. z. B. Noris' Brief an Nicaise vom 24. Februar 1696, von dem sich eine Abschrift im Leibniz-Nachlass erhalten hat (LBr. 688 Bl. 3). 20 Tollius: Jacobus Tollius starb im Mai 1696 in Utrecht in großem Elend. Leibniz erfuhr von seinem Tod durch Basnage de Beauvals Brief vom 21. Juni 1696 (GERHARDT, *Philos. Schr.* 3, S. 125–127). 22 *manus contra omnes*: vgl. 1. Mose 16, 12.

Is. Vossius in seinem Appendice ad Melam hat ihn wohl bezahlt. Es soll Gronovius ganz absurd von wackern leuten reden und urtheilen, als zum exempel vom H. Spanhemio, der doch iezo seinesgleichen nicht hat. H. Morel hat mir wunder davon erzehlt, so iezo aus Holland komt.

In meinen brief an H. Magl. habe ich zwey dinge zu verstehen gegeben. 1^o daß ich 5
zwar des H. Marchetti tr. de Ratione et prop. nicht gesehen, aber zweifel[e] ob er eine
d e f i n i t i o n e m r a t i o n i s werde gegeben haben, daran es doch gefehlet. Euclides
hat einen nicht unebenen tour genommen ejus definitionis defectum durch eine gewisse
reciprocam proprietatem rationum aequalium zu ersezen, so nicht zu verachten, sondern
zu aestimiren. Galilaei posthumum tr. de hac Materia habe nicht gelesen, ich meine diese 10
Materi grundtlich ausgemacht zu haben. 2^o habe ich H. Magl. gedacht, daß ich in *Actis
eruditorum* olim einige nova de Resistentia solidorum contra Galilaeum gegeben, und
zweifele ob sie H. Marchetti gesehen, habe dabey erwehnet daß dieses M. h. H. Baron
bestens bekant. Bellini tr. habe auch nicht gesehen. Man hat mir sagen wollen, daß
Pitkarn nicht so gar uneben sey. Doch habe nichts von ihm gesehen. 15




H. Bernoullius junior, numehr professor
Matheseos zu Gröningen hat ein auß der maßen
schohn Problema proponiret und ausgefunden
ope Methodi nostrae. Datis duobus punctis
A, B invenire lineam *ADB*, per quam grave *C* 20
ab *A* ad *B* brevissimo tempore pervenire pot-
est. Denn es ist zu wißen daß die via directa
per rectam *AB* bey weitem nicht facillima oder

7 doch erg. *L*

1 Appendice ad Melam: I. VOSSIUS, *Observationum ad Pomp. Melam appendix*, 1686 u. ö., worin er sich mit der Gronovius-Ausgabe von POMPONIUS Mela, *Libri tres de situ orbis* aus dem Jahre 1685 auseinandersetzt. 6 Marchetti tr.: A. MARCHETTI, *La natura della proporzione e della proporzionalità* 1695. 7 Euclides: vgl. *Elementa*, lib. V, Def. 2f. 10 Galilaei posthumum tr.: *Quinto libri degli Elementi d'Euclide*, hrsg. v. V. Viviani, 1674. 11 gedacht: vgl. I, 12, S. 660. 12 einige nova: LEIBNIZ, *Demonstrationes novae de resistentia solidorum* in: *Acta erud.*, Jul. 1684, S. 319–325. 14 Bellini tr.: L. BELLINI, *Opuscula aliquot ad Archibaldum Pitcarnium*, 1695. 16f. professor Matheseos zu Gröningen: Der Ruf erging im April, die Übersiedlung erfolgte im Herbst 1695. 18 proponiret: am Schluss seines Beitrags *Supplementum defectus Geometriae Cartesianae circa inventionem locorum*, in: *Acta erud.* Jun. 1696, S. 264–269.

promptissima sey, und habe ich ea occasione dieses leichte doch (meines ermeßens) schohne theorema gefunden. In Triangulo Rectangulo pythagorico (ut quidam κατ' ἐξοχήν sic vocant) id est cujus latera, uti 3, 4, 5, ita erecto, ut latus minus sit verticale; grave



eodem tempore perveniet ab A ad C sive tendat recta per hypotenusam AC, sive per AB, BC latera circa rectum. In praxi tamen, ne grave descendens in B impingat, et repercutiatur, debet angulus B non-nihil intus rotundari, interposita portiuncula quantulacunque curvae cujus tangentes sint AB, CB. Ita sine ulla resistentia transibit ex AB in BC. Utile

etiam erit angulum ABC tantillum fieri obtusum, ut globulus descendens innitatur inter descendendum nec cadendo impingat.

Die demonstration ist leicht. Producatur BC in E, ut BE sit duplae AB, ergo tempus quo grave descendit per AB, est aequale tempori quo motum continuat (quaesito in B impetu) per BE. Jam tempus per BC est ad tempus per BE seu per AB, ut BC ad BE, seu ut 4 ad 6 seu ut 2 ad 3. Ergo tempus per AB + temp. per BC est ad tempus per AB ut 3 + 2 seu 5 ad 3. Sed tempus per AC, est ad tempus per AB ut AC ad AB, seu etiam ut 5 ad 3[,] ergo aequalia sunt tempora per ABC et per AC, quod si BC ad AB majorem habeat rationem quam 4 ad 3, tunc promptior erit via per latera quam per hypotenusam, sin minorem contra.

Ich hatte fast lust dieß Theorema mit der demonstration (im fall es nicht etwa schohn bekand) mit samt dem problemate welches wohl gewiß von niemand bißher resolviret den Hⁿ welschen communiciren zu laßen, so in dem diario Mutinensi vielleicht geschehen köndte. Habe auch gegen H. Magl. davon gedacht. M. h. H. Baron (nach deßen bekandter guthigkeit zu mir) wurde vielleicht nach guthbefinden belieben, es zu entwerffen und mit H. Magl. zu concertiren, wie die sach in ihr *Giornale* zu bringen. Inzwischen köndte man

1 f. doch (1) schöne Theorema (2) (meines ermeßens) schohne theorema L 21 mit der demonstration erg. L 23 welschen (1) proponiren (2) communiciren zu laßen L

19 promptior: Der Zeitbedarf ist größer und damit der Weg langsamer, wenn das Verhältnis BC : AB größer ist als 4 : 3. 24 gedacht: vgl. I, 12, S. 659. 26 in ihr *Giornale* zu bringen: vgl: S. 225–226 des Septemberheftes des *Giornale de' letterati* (hrsg. v. B. Bacchini), 1696, wo im Beitrag *Nuovo teorema intorno al movimento de' gravi, con un problema nuovo da risolversi* einer bodenhausenschen Einleitung Zitate aus N. 244 folgen. Die Übersendung des Druckes erfolgte durch Magliabechi im Februar 1697 (vgl. I, 13 N. 350).

nutrito nel cuore un' altissima stima di V.S. Ill^{ma} e sospirata l'occasione di palesarle questi miei sincerissimi sentimenti. Avendo io pertanto pubblicato per mezzo delle stampe una piccola mia Operetta intorno alla Natura della Proporzione e della Proporzionalità, piglio volentieri tal congiuntura, e col mandarne a V.S. Ill^{ma} un esemplare, e supplicarla del suo generoso compatimento, insieme con questa povera mia fatica le offerisco tutto me stesso, con che facendole per fine umilissima reverenza, resto sempre

D. V. S. Ill^{mo} Dev^{mo} Ser^{re} vero Off^{mo} Angelo Marchetti.

Di Firenze li 30 Giug^o 1696.

All' Ill^{mo} Sig^{re} Sig^{re}, e Prone Col^{mo} Il Sig^r G. G. Leibnitz.

246. LEIBNIZ AN JACOB BERNOULLI

[Hannover], Juni 1696. [235.]

Überlieferung: *L* Konzeptbruchstück: LBr. 56 Bl. 24. 8°. 1 $\frac{2}{3}$ S. Eigh. Anschrift: „A M. Bernoulli Professeur à Bâle Juin 1696“. — Gedr.: GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 1855, S. 47–48 (teilw.); 2. Jac. BERNOULLI, *Briefw.*, S. 88–89.

Vir Nobilissime et Celeberrime Fautor Honoratissime

Meas acceperis quibus Tuis alteris utcunque respondi. Quae Dⁿ. Hollanderus in publicum dedit, et literae Tuae ex nundinis Francofurtensibus mihi mittenda significabant Analysesque etiam Tuas, nondum accepi. Interea redditae sunt mihi literae a Domino Cluverio, cum adjunctis Tibi inscriptis quas hic vides, eaque res impulit ut scriberem denuo, ne Tua apud me moram traherent.

18 Analysesque etiam Tuas *erg. L*

Zu N. 246: Die Abfertigung, der Clüvers Brief vom 1. Mai 1696 an Jacob Bernoulli (Jac. BERNOULLI, *Briefw.*, S. 152–155) beilag, folgt N. 235. Beide Schreiben Leibnizens werden zusammen mit dem nicht gefundenen Schreiben vom 23. September 1696 (in dem Leibniz zwar das Eintreffen von T. Holländers Buch, nicht aber das von N. 212 mitteilt) beantwortet durch Bernoullis Brief vom 6. Februar 1697 (LBr. 56 Bl. 25–26). 16 Tuis alteris: N. 211. 17 dedit: T. HOLLÄNDER, *Amaltheum astronomicum*, 1699, das bereits 1695 in einigen Exemplaren im Umlauf war. 18 Analysesque: vgl. N. 212. 18 literae: N. 227.

Dominus Nieuwentiit Replicationem minatur, quae velim magis nova afferat.

Domini Cluverii meditationes profundiora pariter et solidiora promittunt. Interim non video cur vir egregius iis uti vel abuti velit ad bene constituta evertenda. Respondebo, me interrogare utrum quadraturae parabolae constructionem accuratiorem Archimedeae dare possit; imo an non fateri cogatur ne possibilem quidem esse accuratiorem. 5

Je n'entends pas bien ce qu'il dit dans votre lettre des series appropriées aux Planetes.

J'avois montré dans Ma reponse à Mons, Nieuwentiit, qu'il estoit tombé dans une Equation identique ou chimerique. Mons. Cluver

247. LEIBNIZ AN DETLEV CLÜVER

10

[Hannover, Ende Juni – 1. Hälfte Juli 1696]. [227.]

Überlieferung: *L* Konzept: LBr. 163 Bl. 26. 2°. 1 S.

Monsieur

Vostre lettre du 21 d'Avril m'a esté rendue il y a quelques semaines et la personne qui l'a apportée, a dit en même temps qu'elle partiroit le lendemain pour s'en retourner à Hambourg, ainsi elle ne m'a point donné occasion de luy rendre quelque service 15

1 velim (1) noviora afferat, quam quae antea dedit (2) magis nova afferat *L* 14 rendue (1) aujourd'hui (2) il y a (a) trois jours (b) quelques semaines *L*

1 minatur: vgl. Menckes Bericht in I, 12 N. 353. 3 Respondebo: vgl. N. 247. 8 reponse: LEIBNIZ, *Responsio ad nonnullas difficultates*, in: *Acta erud.*, Jul. 1695, S. 310–316; bes. S. 313.

Zu N. 247: Die nicht gefundene Abfertigung antwortet auf Clüvers Schreiben vom 1. Mai 1696 (N. 227), kreuzt sich mit dessen Brief vom 12. Juli 1696 (LBr. 163 Bl. 17) und wird beantwortet durch Clüvers Schreiben vom 15. Mai 1697 (LBr. 163 Bl. 18–19). Die Datierung stützt sich auf folgende Gründe: Zum einen spricht Leibniz im vorliegenden Konzept von einem Zeitraum von einigen Wochen nach Erhalt von N. 227 sowie von der Anwesenheit von F. M. van Helmont, der am 12. Juni 1696 in Hannover angekommen war (vgl. I, 12 N. 324, N. 407, N. 411 u. N. 413). Aus N. 243 wissen wir, dass N. 227 bis zum 26. Juni bei Leibniz eingetroffen war, er aber bis zu diesem Zeitpunkt noch nicht geantwortet hatte. 14 la personne: Bolt.

à vostre consideration. Je ne manqueray pas d'envoyer vostre lettre à M. Jaques Bernoulli, professeur de Bâle. Ma demeure est tousjours à Hanover quoyque j'aille quelques fois à Wolfenbutel. Les lettres pour moy qu'on porte à Hambourg au Harburgerhof à la poste de Lunebourg à Hambourg me sont bien rendues. Je seray bien aise de voir vos explications
 5 dans les Actes de Leipzig. Il est vray que le Centre de gravité est la clef de plusieurs mysteres. Je crois aussi qu'il y a de la raison dans ce que Vous dites, que chaque globe ou corps celeste n'est rien qu'une differente maniere de figurer ou de représenter l'infini; et peut estre en peut on dire autant de chaque creature mais il est difficile d'y venir au détail. Je crois que vos Meditations sur les series contiennent quelque chose de profond
 10 et de solide. Il me semble cependant que vous ne devriés point reprendre Archimede, ny les autres. Car n'est il pas vray, que la difference entre la Quadrature de la parabole d'Archimede, et la vostre ne scauroit estre donnée par construction? Or cela nous suffit, qu'on ne la scauroit construire plus exactement. Et nous ne considerons que les grandeurs qui sont susceptibles de construction, ou qui repetées autant de fois, qu'il y a d'unités
 15 dans un nombre fini, egalent la grandeur dont il s'agit, comme Euclide l'a déjà bien pris. Il vous est permis cependant de représenter encor les expressions inconstructibles ou incomparablement petites qui peuvent aussi avoir leur usage, comme en effect elles en ont aussi selon moy, lorsque les ordinaires evanouissent, je ne crois point que le Calcul differentiel, de la maniere que nous nous en servons, aille à des equations vaines, comme
 20 celui de Mons. Nieuwentiit, qui ne s'en estoit point servi comme il faut. Tout ce que nous trouvons par nos methodes est justifié encor par les experiences autant que le reste de la Geometrie.

